

15.

# Nachricht

über das

## Königliche Pädagogium zu Halle.

Herausgegeben

von

Dr. G. Kramer,

Director des Königlichen Pädagogiums und der Franckeschen Stiftungen.


---

Siebenundzwanzigste Fortsetzung.

---

### Inhalt:

- I. De fragmentis fabularum quae ad primordia artis Sophocleae referuntur. Scripsit Gustavus Weicker, Phil. Dr.
- II. Schulschriften über das Königliche Pädagogium, vom Director.



Halle,

Druck der Waisenhaus-Buchdruckerei.

1862.

15



1 3 1 3 0 1 1

Königliche Preussische Bibliothek in Halle

Dr. G. Kramer

Systematische Verzeichniss

Inhalt:

- I. In alphabetischer Ordnung nach den Verfassern
- II. In chronologischer Ordnung nach den Erscheinungsjahren

1862



De  
**fragmentis fabularum**  
quae ad primordia artis Sophocleae referuntur. \*)

Theodorus Bergkii V. Ill., quae est eius acies critica atque subtilitas, in commentatione de vita Sophoclis praemissa editioni septem fabularum quae prodiit Lips. 1858. tragoedias atque fragmenta, prout aut ad primordia pertinerent poesis Sophocleae aut ad artem aliquanto proveciorem aut ad consummatam poetae virtutem, in diversos greges secedere iussit. Hunc si nihilominus assequi non omnino potuero: hebetiores meos mihi officisse oculos quod licebit excusare, interim acquiescam. Attamen experimento opus est, num in rationes Viri Illustrissimi penetrare possimus: idque ab una quidem parte iam conabimur. Collocavit enim ille (l. l. p. XXXI<sup>b</sup>) in primo gradu artis Sophocleae praeter Tripto-

\*) Quae hoc libello continentur, pertinent quodammodo ad commentationem quam scripsi inauguralem de Sophocle suae artis aestimatore, cuius commentationis in parte tertia p. 26 ss. illustravi Sophoclis sententiam eam quae traditur a Plutarcho de prof. in virt. c. 7: Ὡςπερ γὰρ ὁ Σοφοκλῆς ἔλεγε, τὸν τοῦ Αἰσχύλου διαπεπλιχῶς (ci. Bernhardyus, vulgo διαπεπαιχῶς) ὄγκον, εἶτα τὸ πιερόν καὶ κατὰ τεχνὸν τῆς αὐτοῦ κατασκευῆς, τρίτον ἢ δὴ τὸ τῆς (ποικλῆς add. Bergkii) λέξεως μεταβάλλειν εἶδος, ὅπερ ἐστὶν ἡθικώτατον καὶ βέλτιστον· οὕτως οἱ φιλοσοφοῦντες, ὅταν ἐκ τῶν πανηγυρικῶν καὶ κατὰ τεχνὸν εἰς τὸν ἀπτόμενον ἦθους καὶ πάθους λόγον καταβῶσιν, ἀρχονται τὴν ἀληθῆ προκοπὴν καὶ αὐτοφρον προκόπτειν. Iam cum inquirendum esset, quales intellegentur singuli quos poeta describit gradus, nonnullas partes in ipso illo libello quatenus fieri poterat pertractavi, alias posteriori studio et accuratori reservavi. Primum autem quod Sophocles τὸν Αἰσχύλου διαπεπλιχῶς ὄγκον a se ipse dicitur: num tumoris quid simile in ipsis eis quae extant tragoediis aut tragoediarum fragmentis reperiatur, de ea quaestione l. l. p. 36 summam quandam iudicii paucis comprehendere, accuratius brevi tempore me expositurum esse pollicitus. Quod igitur publice in me recepi officium, ei quomodo potero iam satisfaciam.

lemum, ut quam fere constet primam ab adolescente poeta doctam esse fabulam, Captivas mulieres (*Αἰχμαλωτίδας*) Andromedam Inachum Colchides Pastores Troilum alias, atque omnino maximam partem fabularum quae a choro nomen traxerint.

Triptolemum igitur primum in discrimine ponam. Experiendum autem erit, quibus in partibus huius fabulae ὄγκος sit conspicuus. Qua in re etsi quam maxime euperem pro rationibus Bergkii V. III. mandatum ab eo negotium exequi, ut omnis omnino fabulae indoles ac forma perquireretur: tamen in discerptis poetae reliquiis quid praeter vocabula singulari modo inventa ac iuncta iudicio subiciam vix habeo. Vocabulorum igitur in examen necessario quaestio compellitur. Iam singula quae collegit Nauckius fragmenta dispiciamus.

Primo loco ponitur quod est Nauckii fg. 536:

*δράκοντε θαιρόν ἀμφιπλίξ ἑλληφότε.*

Haeserit quispiam his in duobus vocabulis θαιρός et ἀμφιπλίξ. Illud vero si commemorare omnino opus est, e communi vitae usu assumptum ab uno certo inventore repeti nequit; verum si auctorem quaerimus, certe non Aeschyleum vocabulum est — Aeschyli enim ὄγκον superasse Sophocles dicebatur —, sed Homericum; Homeri autem e copia vocabulorum ne provectum quidem aetate atque arte Sophoclem non multa suae in usum artis transtulisse, exempla quibus doceamus vix opus est afferre; quae si quis desiderat, permulta ex ipsis eis quae extant tragoediis conguessit Schneidewinus (Prolegg. ad Sophoclis editionem III. p. XXXII all.). Alterum quod est ἀμφιπλίξ cum hoc uno loco traditum sit, certe non magis est Aeschyleum: immo Sophoclem saepius iis vocabulis usum esse quae ab eodem verbo quod est πλίσσειν derivantur, opportunus foret quod doceremur ipse locus Plutarchi quem in annotatione posui, modo omnino certum esset quod coniectura satis verisimili assecutus est Bernhardus *διαπεπλιχός*.

Deinde secundum quod pertinet ad Triptolemum fragmentum quod Nauckii est 537:

*θῆς δ' ἐν φρενὸς δέλτοισιν τοὺς ἐμὸς λόγους.*

etsi simillimum est Promethei dicto in Aeschyli fabula v. 789:

*(πλάγη) ἦν ἐγγράφον σὺ μῆμοσιν δέλτοις φρενῶν:*

tamen de imitatione Aeschyli nihil inde confeceris, siquidem hanc figuram communem fere omnium poetarum ostendit Bernhardus ad Dion. Perieg. p. 767. Cf. Pindari Ol. 11, 1 ss.:

Τὸν Ὀλυμπιονίκαν ἀνάγωτέ μοι  
 ἐμᾶς γέγραπται.  
 Tum offendi potest fg. 546 N. in singulari forma superlativi *πρεσβίστη θεῶν*. Verum haec ita non ad Aeschylum referri potest, cuius in Sept. c. Th. legitur v. 390 *πρέσβιστον ἄστρον* (pariter autem v. 65 *καὶ τῶνδε καιρὸν ὅστις ὤμιστος λαβέ*), ut Aeschylus qui hanc fabulam docuit Ol. 78, 1 e contrario censendus esset Sophoclem secutus esse, cuius Triptolemus fabula probabili coniectura refertur ad Ol. 77 annum 2: modo omnino in hac re imitationi locus esset. At vero sicuti ante utrumque poetam tragicum eadem forma extabat in hymno Homericō XXXIII, 2:

*Γαῖαν παμμήτειραν ἀείσομαι ἠνθέμεθλον πρεσβίστην:*  
 ita a Sophocle postea quoque usurpata est, veluti in fg. 540 N. *Ἥλιε, φιλιπποῖς Θρηξὶ πρέσβιστον σέλας;* qui versus e Tereo Sophoclis traditur, quam fabulam Schoellius, etsi nimius est in significationibus rerum publicarum indagandis, probabiliter tamen revocavit ad eam aetatem qua *Ἐρμοκοπιδῶν* qui dicuntur causa constituta erat (Schoell. Soph. p. 256 ss.).

Porro fg. 553 *Ἐλκη* translate dictum de *maeroribus* vel *calamitatibus* ut legitur in Aeschyli Agamemnone v. 640 (618 Schndw.):

*πόλει μὲν ἔλκος ἐν τῷ δήμιον τεχεῖν,*  
 quae fabula ne ipsa quidem ante Sophoclis Triptolemum docta est: ita cum aliis in poematis haec figura saepissime usu venit (cf. quae congegit Schneidewinus ad locum Aeschyleum), tum ne Sophoclis quidem aliena est, cuius in *Antigona* legitur vs. 651 s.:

*Τί γάρ  
 Γένοιτ' ἂν ἔλκος μείζον ἢ φίλος κακός;*

Porro Sophoclis propria sunt fg. 550 *ἀπυνδάκωτος* i. q. *ἀπυθμένος*, quod alibi non extat; *τραπεζόω* (ibid.) quod praeter illum e solo Iuliano traditur Or. 5, p. 176. — fg. 555 *ζευγηλάτης* (cf. Xen. An. 6, 1 [5, 9], 8) cuius nominis et ipsum femininum quod est *ζευγηλατρὶς* e Sophocle (fg. 792 N.) traditur apud Poll. 7, 36. Neque vero quod legitur fg. 552 *ἀφρασίμων* magis est peculiare Aeschyleae artis inventum. Quod etsi occurrit Ag. 1402 (*ἀφρασίμως* autem adverbium extat Ag. 297. Pers. 415), tamen ex hymnis Homericis quod sciamus originem ducit, ubi legitur h. Cer. 256 *Νήιδες ἄνθρωποι καὶ ἀφράδιμονες* sqq.

Denique permulta sane paucis in fragmentis, quae Triptolemi extant, occurrunt vocabula ad rem rusticam et agrariam pertinentia, veluti fg. 546 ἀμαλλα 'manipulus frugum'; 547 κνήμη μελίνης quod adhuc iusto interprete caret (nisi mavis cum Nauckio emendare κνήκος; Hesychius 2 p. 285: κνήκος — εἶδος τι σπέρματος); 548 ὀρίνδην ἄρον, de quo cf. Athenae. III. 110 e; 549 βρῦτον δὲ τὸν χερσαῖον οὐ δνεῖν, v. Archilochus et Aeschyli fragmentum (e Lycurgo 120 Nck.) apud Athenaeum X. 497bc. Verum ferebat ita tragoediae argumentum, de quo testantur Strabo I. p. 27. Plin. NH. XVIII, 12. Serv. ad Verg. Geo. I. 19. Neve vitio quis vertat Sophocli vocabula, quae ex propria rusticae rei necessitate concepta erant, prave collocata in opere poetico: tenendum est, has tragoediarum reliquias omnes fere servari apud grammaticos et lexicographos, quorum peculiaris cura investigandis rariorum vocabulorum auctoribus detinebatur. Itaque ut deprehendantur passim in his fragmentis vestigia Aeschyleae vocabulorum inventionis, quae equidem fere nulla deprehendi: vix tamen Aeschyli propria habebis, nedum referas ad Aeschyleam adolescentis Sophoclis imitationem ea, quorum et ipsius Sophoclis in tragoediis quae postea doctae sunt et aliis in poematis sat multa extant exempla similia.

Verum quoniam vix sufficiat, hanc unam fabulam, cuius de aetate ne constet quidem omnino, ostendisse tumore Aeschyli alienam certe non occupatam esse, reliquias in quibus primordia artis Sophocleae conspici dicit Bergkiius, inspicimus. Ac protinus significabo quid sentiam, quo facilius intellegatur, qua ratione singula argumenta ad rem efficiendam concinant.

Posuit igitur Vir Illustrissimus in primo gradu artis Sophocleae praeter Triptoleum, in quam fabulam modo inquisivimus, Captivas Andromedam Inachum Pastores Troilum. Quod autem videtur ductus esse V. Ill. maxima, quam ex illis fabulis glossarum quae vocantur atque omnino rariorum vocabulorum servatam deprehendit, copia: sane quam sunt illae fabulae reliquiarum atque etiam glossarum numero insignes! At vero non omnia aut Aeschylea aut conformata ad Aeschyli rationes invenies. Immo occurrunt primum plurima vocabula, quae inter eas quae extant Graecarum litterarum reliquias apud Sophoclem aut primum aut solum reperiuntur, quorum quidem pars haud exigua continetur in vocabulis rerum ad vitae usum pertinentium, quae quod in litterarum reliquiis ante Sophoclem iam non leguntur, haudquaquam debebis e Sophoclis fabrica verborum repetere. Deinde sunt sane quae ante Sophoclem Aeschylus usurpavit, neque vero ea ab Aeschylo formata intelleges, sed e communi Graecorum thesauro qui in epica lyricave poesi

continebatur deprompta. Restat igitur vocabulorum numerus, qui etsi non sperendus est, aliquanto tamen minor efficitur quam primo obtutu censueris, eorum quae aut ab Aeschylo mutuatus est Sophocles aut Aeschyleo more effinxit. Quamquam ne in omnibus quidem his vocabulis adhibendis Sophoclem cognoveris vestigia Aeschylei tumoris prementem, siquidem multa non Sophoclis Aeschylum imitantis propria sunt, sed in communem usum Graecorum abierunt.

Sic praemonstrata via iam singulos greges vocabulorum inducimus. Primum autem appellamus numerum eorum, quae cum e nullo Graecorum scriptore ante Sophoclem sint memoriae prodita, possint ab ipso fabricata videri. Verum segreganda sunt, ut in quibus nulla inventionis laus Sophoclis propria conspiciatur, nomina rerum quae aut ad communem vitae usum aut ad peculiarem artem disciplinamve pertinent. Huc refero quod legitur *λίγδος* *Capt.* fg. 32 (*ἀσπίς μὲν ἤμι λίγδος ὡς πικρομιατεῖ*), quod cum aperte sit vocabulum figlinae, nemo ad poetam inventorem revocabit: quamquam, cum occasio ferat, facile concedo, omnem hanc comparationem quae instituitur clupei lacerati cum cribro figulari — aut si quid aliud intellegitur opus fictile — habere aliquid tumidi; *ἡμίλιγδος* autem, quod feliciter abiecit Nauckius, omnino insulse ne dicam absurde comparatum erat. Alia eiusdem generis sunt *Capt.* fg. 51 *ἐνόπαι* i. q. *διόπαι*, fg. 54. *ἱερολάς* i. q. *ἱερός* (nisi forte cum Lobeckio *Pathol. Proleg.* p. 387 *ἱεροίτας* scribendum), *Androm.* fg. 122 *κούρειον* hostia (cf. *Poll.* 8, 107. *Bekk. An.* p. 273, 1. *κούριον* *Isae.* p. 58, 30), fortasse etiam *ἡμιουτόν* *ibid.*, quod quid sit nemo adhuc indagavit (nam *αἰμόρροντον*, quod Scaliger Ellendtio quidem probavit, etsi non omnino alienum est, parum tamen commendatur); 125 *μάσθλης* i. q. *ἰμάς*, quod translate dictum apud comicos legitur *Ar. Equ.* 269. *Nub.* 449; *Inach.* fg. 259 *κέρχνος* 'durities enascentium cornuum' (alio sensu legitur apud *Poll.* 7, 59, proprie autem est vocabulum medicorum); *Colch.* 317 *ἐπιζώστρα*; *Past.* fg. 456. *ξανάω* i. q. *κάμνω*, quod et ipsum est vocabulum medicorum; fg. 464 *ἐξ ἀμφημέρον* (*τὸ ἀμφ. = ἀμφημέρὸς πικρός*); fg. 459 *ἐωθινός*, quod ante Sophoclem per ora hominum traditum esse facili negotio suspicari licet; fg. 460 *πηλαμύς* quo nomine vocatur genus piscium *thunnis* simile, quod saepe apud scriptores posterioris aetatis commemoratur; *Troil.* fg. 573 *σακκοδερμηστής*\*). Nam

\*) *Phot. Lex.* p. 497, 3 et *Anecd. Bachm.* vol. I. p. 361, 9: *σακκοδερμήτης* (*σακκοδερμίτης* *Phot.*) *οἱ μὲν τὸν ὄφιν, οἱ δὲ σκώληκα τὰ δέρματα διεσθιόντα· ἄμεινον δὲ τὸν ἐπὶ τῷ δέρματι χαλκὸν ἔχοντα, παρ' ὅσον τὰ σάκη ἐπίχαλκα.*

de vocabulis notissimis quae sunt *σιρός* fg. 255 Inach., *κημός* fg. 256 'vas quo suffragia colliguntur' (alio sensu de *nassa piscatorum* Past. fg. 461 N.) nemo cogitabit, ubi de Sophoclis fabrica verborum agitur. Neque vero alia eiusmodi vocabula a Sophocle auctore procreata sunt, verum tulit casus, ut ex ulteriore aevo litteris prodita non extent.

Iam transeo ad eâ quae ad Sophoclem inventorem iure liceat referre, siquidem neque ex antiquioribus poetis traduntur neque ad necessitates medicorum aut artificum pertinent, et maximam partem peculiari inventionis nota impressa sunt. Quae autem aliqua specie veri ad similitudinem Aeschyli revocari patientur, Bergkio condonabo. Sophoclea igitur repperi haec: **Capt.** 35 *βωμιαῖος*, quod plane est Sophocleum, cum Aeschylus a formandis terminatis in *ιαίος* omnino abstinerit, cf. Todt de Aeschylorum vocabulorum inventore, Halis 1855. p. 12ss. — fg. 44 *ἀλιτροία* (cf. Ar. Ach. 871. Reisig ad Soph. OC. 634 *ἀλίτρος*). — fg. 45 *ἀνηκῆς* i. q. *ἀνήκεστος*; Aeschylus autem ea, in quibus *α* privativum cum stirpe verbali compositum est, omnia terminavit in *τος* (Todt. p. 28). — fg. 50 *ἐμπλεύρον* (quod Hesychius explicat: *ἐνάλλον εἰς τὰς πλευράς*), quod ab Aeschyli consuetudine prorsus alienum est, qui cum omnino parcior esset in verbis inveniendis, tum verba composita, quorum praecedens membrum esset praepositio, paucissima procreavit, nullum autem admisit terminatum in *ω* (ceterum simile quodammodo, sed omnino aliter formatum Sophocles dein exhibuit *πλευροζοπῆω* Ai. 232). — [fg. 52 *ἐπιμάσσειται* missum faciam, cum parum constet, utrum id quod legitur referendum sit ad verbum quod est *ἐπιμαίωμαι* an ipsum fuerit verbum.] — Porro referenda ad Sophoclem **Androm.** fg. 125 *μάσθηλα δίγονον* 'amentum duplex' quod secundum Sophoclem usurpavit Eur. El. 1179 *δίγωνα σώματα*. — fg. 130 *οιήτας* ruricolae. — Inach. fg. 251. *σληνᾶς* adhuc interprete caret. — fg. 252 *ἐπείσοδος* OC. 720. Plut. mor. p. 430 D. fg. 253 *ξενόστασις*, quod itidem legitur OC. 91. — fg. 257. *ἐπικτυπέω*, idem saepius apud Aristophanem. — fg. 264 *ἀντίπλαστον νόμον* (Hesychius: *ἰσόπλαστον, ὅμοιον*): quae formatio iterum Aeschyli plane aliena est, ut qui *ἀντί* praepositionem nusquam cum adiectivo verbali sed cum stirpe verbi ad determinativa procreanda, saepius autem ad obiectiva formanda cum substantivo coniunxerit (Todt. p. 30). — fg. 268 *κναμοβόλως δικαστήν*, quod etsi simile videatur eorum quae apud Aeschylum inveniuntur *χρυσόγονος γενεά* Pers. 80. *οἰστρόδονος βοῦς* Suppl. 16 cett., tamen paullo audacius conformatum est neque cum ullo Aeschyli adverbio contendere potest (Todt. p. 52); ceterum fortasse e Nau-

ekii coniectura scribendum est *καμοβολῶ σε δικαστήν*, quod verbum et ipsum ad Sophoclem auctorem referendum foret). — fg. 271 *ἀλωπός* i. q. *πανοῦργος*, quod iterum occurrit Thyest. fg. 243, substantive videtur legi Ignat. ep. 9, p. 104 Mor. — fg. 273 *ἄναντα*. Hesychius: *ἀνωφερῆ*. — fg. 313 *ἀνθυπουργῆσαι* (Hdt. 3, 133. Eur. Hipp. 999. Plut. moral. p. 95 E.). — Colch. fg. 314 *ἑπομνύς*, cuius medium genus in usum forensem abiit. — fg. 316 *εὔλοφος* 'cris-tatus', quod iterum legitur Ai. 1286, alio sensu ut sit i. q. 'fortis, patiens' saepius, veluti *εὐλόφως φέρειν*, quod e coniectura Brunckii (qui ante Abreschium commendaverat) restituitur Eur. Ant. fg. 175 N. cf. Herm. ad Soph. Ant. 291. — fg. 319 *ὑπαίθων* metonymice positum, quod proprie dictum legitur Trach. 1210. — Past. fg. 456 *προγυμνάζω*, quod Arrianus demum (Epict. 1, 26, 13) atque Lucianus (Hermot. 78) et rhetor Hermogenes a Sophocle repetierunt. — fg. 460 *πάρανλος Ἑλλησποντίς*, de quo v. infra; est autem vocabulum Sophocli assuetum, cf. Ai. 882. OC. 785. — fg. 467 *τριολύμπιον ἄρμα* 'curren-ter Olympiae victor' (Pindarus exhibuit tantum *τριολυμπιονίκας* 13, 1). — Troil. fg. 556 *παντομόρφῳ Θέτιδι* (cf. Hippocr. ep. p. 1289, 54. Lycophr. 1393), cuius simile ex Aeschylī fabrica nihil prodiit, ut qui possessiva *ὀρθοσυν-θέτως*, non *πλαγιοσυνθέτως* composuerit (Todt. p. 42 s.). — fg. 560 *καταρβύ-λοις χλαίνας*, quod genus ab Aeschylō inchoatum ostendit Todtius p. 32. — fg. 563. (τόξ) *ἀπέσκη 'tela nuda pharetra'*. — fg. 566 *ἀσόλοικος* cf. Plut. Cleom. 13. Eubul. apud Athenae. II. p. 63. — fg. 567 *ἐλαιόω* Arist. h. a. 8, 27 (Poll. 7, 146).

Deinde occurrunt nonnulla Sophocli cum Aeschylō communia, neque vero ab alterutro procreata, sed altius repetenda. Eiusmodi repperi **Capt.** fg. 36 *νησιώτης*, cuius feminina forma extabat Aesch. Pers. 390 (deinde Soph. Trach. 658); primum autem vocabulum ipsum legitur Pind. Pyth. 9, 44. 10, 75\*): unde in communem usum abiit. — **Androm.** 124. *προσφάτους ἐπιστολάς* translate dictum de *litteris recens allatis*, secundum Aesch. Cho. 804, cum proprio sensu iam ex Homero innotuerit; verum translate quoque ante Aeschylum legitur Pind. Pyth. 4, 299\*\*): deinde vero saepissime (cf. Lobeck. ad Phryn.

\*) Persarum fabula docta est Ol. 76, 4, Pindari autem carmen Pythium 9. (secundum Boeckhii rationes) Telesicrati Cyrenaeo victori Pyth. 28 = Ol. 35, 3 ante reditum Cyrenas scri- ptum et cantatum, Pythium vero c. 10. Hippocleae victori Pyth. 22 = Ol. 69, 3 cantatum.

\*\*\*) Orestia Aeschylī refertur ad Ol. 80, 2, Pindari carmen Pythium 4. Arcesilao IV. Cyrenarum regi victori Pyth. 31 = Ol. 78, 3 Cyrenas missum haud diu, ut Boeckhio videtur, post victoriam ibique cantatum.

p. 375 n.). — **Inach.** fg. 253 πάνδοκος ξενόσταις, quod ante Aeschylum (Sept. 860, quae fabula docta est Ol. 78, 1; Choeph. 660) effinxit Pindarus Ol. 3, 30, quod carmen Theroni Agrigentorum tyranno victori Ol. 76 Agrigenti in Theoxeniis cantatum est eodem fere tempore atque carmen Ol. 2, h. e. sub ipsa victoriae sollennia. — **Past.** fg. 467 μηλοτρόφος, quod multo ante Aeschylum (Pers. 764) effictum erat ab Archilocho fg. 85 Gaisf. (25 Bgk.), e posteriore tempore legitur etiam Nonn. par. 10, 7.

Dixerit vero quispiam, Sophocli ut poetae tragico Aeschyli exemplaria utique propius proposita fuisse quae exprimeret quam Pindari carmina, quamvis nonnulla ex illis assumpserit. Equidem non repugno: verum id non agitur. Immo quoniam omnem litterarum Graecarum orbem non licet complecti, ex iis quae supersunt, quemnam apud poetam scriptoremve unumquodque vocabulum inveniat, efficere cogimur. Tamen ne quid omisisse videar, ex ipsis his quorum nunc causa agitur fragmentis alia subiungam vocabula quae ex epica lyricave poesi mutuatus est Sophocles. Quae qui perspexerit, facile ea quoque quae priore loco posui Pindari Archilochive imitationi, non Aeschyleae tribuet. Videtur autem huc pertinere primum **Androm.** fg. 123. Ἰπποισιν ἢ κύβαισιν ναυστολεῖς χθόνα; verbum enim quod est ναυστολεῖν transitivo quidem sensu primum legitur Pind. Nem. 6, 55, etsi de tempore carminis ita non constat (v. Boeckhii Index temporum), ut conicere liceat, ipsum Sophoclem invenisse primum vel potius in usum artis recepisse hoc ναυστολεῖν. Saepius sane apud Sophoclem legitur atque in Philocteta potissimum fabula, cuius argumentum ipsum occasionem navigationis commemorandae ferebat Phil. 245. 279. 344. 546. Quod autem zeugmatis quodammodo licentia usus Sophocles Ἰπποισιν αἰτ' ἢ κύβαισιν ναυστολεῖς χθόνα, haec quidem figura ipsius propria est, translatum autem genus dicendi commune poetarum, siquidem de itinere pedestri idem vocabulum ab Euripide quoque saepius usurpatur, veluti Med. 682 σὺ δ' ὡς τί χηρῶν τήνδε ναυστολεῖς χθόνα; Hippol. 36 καὶ τήνδε σὺν δάμαρτι ναυστολεῖ χθόνα; Suppl. 473 ss. κυμάτων ἄτερ πόλιν σὴν ναυστολήσεις\*). Verum haec haec haec. Sine dubio autem referenda sunt in

\*) Occasione oblata commemoro, quod paullo latius patet, Euripidem omnino in adhibendo hoc vocabulo quod est ναυστολεῖν mirum quantum sibi placuisse. Posuit enim praeter eos quos commemoravi locos etiam Suppl. 474 ναυστολεῖν πόλιν 'gubernare tamquam navem'; Or. 741 δάμαρτα ναυστολῶν 'coniugem navi vehens'; fg. Melan. 29, 6 D. (495 Nék.) τὰ ναυστολούμενα passive; Iph. T. 599 ναυστολῶν τὰς συμφορὰς secum (navi) apportans. Medium insuper genus ναυστολεῖσθαι legitur Eur. Tro. 1048 ἐνθα ναυστολήσεται, cum accusativo loci Hec. 1260.

numero eorum quae ex epica poesi Sophocles mutuatus est **Androm.** fg. 129 ζενξίλεως, quo vocabulo Eustathius testatur p. 401, 11 παρὰ τοῖς μεθ' Ὀμηρον regem appellari; porro **Colch.** 313 τηλέσκοπος, cf. Hes. th. 566. 569, quod idem e posteris occurrit Christod. ecphr. 77. Philipp. ep. 11. — fg. 312 ἀπαΐσω **Φ** 234. Soph. Tr. 190. Ai. 305. 448. — **Past.** fg. 450 θαμίζεται, active quidem quinques apud Homerum legitur, ceterum cf. OC. 672. — **Inach.** fg. 272 ἀναΐδεια Ai. 149. γ 424 et saepius apud scriptores; alia enim notissima, qualia sunt ἄφθιτος (**Inach.** 258), ἄφθογγος (**Troil.** 556. cl. h. Hom. Cer. 198) quorum quidem utrumque bis et apud Aeschylum legitur, vix opus est inducere. — Deinde vero e lyrica poesi depromptum est **Inach.** fg. 269 παλίνσκιος (χειμῶνι σὺν παλινσκή) quod substantive positum legitur Archil. fg. 33 Bgk. ἐν παλινσκή (παλίνσκιος tamen iam ante Archilochum occurrit h. Hom. Merc. 6. h. 17, 6 et utraque forma saepius apud scriptores aevi citioris). Contra λάταξ fg. 257 etsi traditur e carmine Alcaei apud Athenae. XI, 381 a, tamen Sophocles non a poeta lyrico assumpsit, sed ex usu cottabi ludi, cf. Athen. XV, 686 b. Neque magis vocabulum quod est γέννα fg. 258 aut a Pindaro repetemus (**Pyth.** 4, 100) aut ab Aeschilo (**Prom.** 764. 892), cum facile colligatur, vocabulum quod laetam iam pridem subolem procreaverit, veluti ipso in Homero legitur **E** 253 οὐ γὰρ μοι γενναῖον, et ipsum antiquissimum fuisse.

Verum iam pervenimus ad ea vocabula quae aperte Aeschylea videntur. Sintne in Sophoclis fabulas ex Aeschilo assumpta, protinus inquiram, ubi totum gregem induxero. Reperiuntur autem haec:

**Capt.** fg. 47 ἀράνη sicuti Aesch. Ag. 875. 1086.

**Androm.** 122 θνηπολεῖν sicuti Aesch. Ag. 262.

**Inach.** 263 ἀμεμφία sicuti Aesch. Sept. 892.

μῶν ναυστολήση γῆς ὄρους Ἑλληνίδος. Deinde activum intransitive dictum occurrit **Tro.** 77. Hel. 1125. Cycl. 106, translate autem de fluctibus miseriarum superatis, fg. Aeol. 19 D. (**Phrix.** 818 N.). καὶ μὴ μακρὰν δὴ διὰ πόνων ἐναυστόλουν: nisi forte illud διὰ πόνων rectius intellegitur adverbialiter dictum esse, quod equidem fere probaverim. Quid quod etiam quae ab eadem stirpe derivantur nomina substantiva ναυστόλημα ναυστολία nusquam nisi apud ipsum Euripidem occurrunt **Suppl.** 209. **Andr.** 795. — Ut comprehendamus, quanto latius iam patet hic usus verbi quem apud Euripidem conspiciamus, quam Aeschyli penuria abs quo unum prolatum traditur ipsum quod est ναυστολος: v. **Θεωρίς** Sept. 858. Facile igitur colligimus, frequentius in dies ut nauticae res Atheniensium animos allicerent ac moverent, ita vocabula nautarum in vulgarem sermonem irrepsisse atque etiam a poetis in figurato genere dicendi esse adhibita.

- Colch. 312 (313) *πέμφιξ* sicuti Aesch. fg. 177. 189. 201 Nck.  
 ibid. *σελασφόρος* sicuti Aesch. Eum. 976 Well. (1022 Dindf).  
 316 *χαλκήλατος* sicuti Aesch. Sept. 368. 521. Cho. 288. fg. 239.  
 Past. 459 *παράλιος* sicuti Aesch. Prom. 573.  
 460 *πάροιχος* sicuti Aesch. Pers. 869.  
 Troil. 557 *ἀνδρόπαις* sicuti Aesch. Sept. 513.  
 559 *ναρός* sicuti Aesch. fg. 426 Well. = 338 Nck.  
 570 *ἦμος* sicuti Aesch. Ag. 146.

— Subiungo genitivi formam irregularem *βοῦ* Inach. fg. 260, quam apud Aeschylum quoque reperiunt esse testatur Anecd. Bekk. p. 1196.

Verum ex hoc numero primum removenda sunt pro ipsius Bergkii rationibus quae posui *ἀρτάνη*, *θρηπολεῖν*, *σελασφόρος*, *ἦμος*. Neque enim quae in primordiis artis Sophocleae edita dicuntur esse, ex Orestia Aeschyli repeti potuerunt, quae decennio postquam Sophocles fabulas docere coeperat in scenam commissa est \*). Hoc vero quod est *ἦμος* insuper alio sensu apud Sophoclem, alio apud Aeschylum dicitur. Hic enim cognomen dedit Apollini: *ἦμον δὲ καλέω Παιᾶνα*, Sophocles contra significavit cantilenam lugubrem, sive substantive dictum erat nomen, sive attributi loco positum veluti OR. 174. Id licet parum differat, quod utraque notio ex eadem stirpe voculae *ἦ* procreata est: certe et cognomen illud Apollinis in posterioribus quoque Sophoclis tragoediis extat OR. 154. 1096 et attributum nominibus substantivis qualia sunt *γός βοά μέλος* legitur etiam Eur. El. 1211. Phoen. 1043: ut nullo modo possis id vocabulum adolescentis Sophoclis eiusque imitatione Aeschylea detenti proprium existimare. Atque eadem causa est aliorum quae supra posui vocabulorum: *ἀρτάνη* legitur etiam OR. 1266. Ant. 54.; *πέμφιξ* fg. Soph. 493. 494 N., *θρηπολεῖν* fg. Polyx. 477 N.; Eur. Tro. 330. Heracl. 402. Plat. rep. II. p. 364 E. all.; *χαλκήλατος* Soph. Laris. fg. 347 N. (Acris. 68 D.) Eur. Hel. 1279. Bacch. 798. Cycl. 398 cett.; *πάροιχος* Ant. 1139; *παράλιος* Ai. 1076\*\*). Haec igitur restant

\*) Quod vero *ἀρτάνη* vocabulum legitur etiam Suppl. 151, non multum refert, cum de tempore illius fabulae parum constet. Quamquam tutissimum omnino videtur, hoc vocabulum non uno certo inventore, sed e communi vitae usu repetere.

\*\*) *Παράλιος* illud etsi dixerit quispiam ab hac quaestione omnino secludendum esse, quod regionis illius Atticae nomen fuerit antiquum ἢ *Πάραλος* (Hdt. 1, 59. Thuc. 2, 26): tamen aliquid interest inter formationem hanc primariam et secundariam illam; neque obstitit quidquam quin, relicto nomine antiquiore, quod scriptores commemorant quasi antiquitus traditum ipsorumque

perpaucā in tragoedias adolescentis quem informat Bergkius Sophoclis ex Aeschyli thesauro peculiariter assumpta: ἀμεμφία, ἀνδρόπαις, ναρός.

At vero imitatio non tam angustis finibus circumscribitur, ut non conspicitur nisi in eis vocabulis quae integra imitator a principe suo assumpserit: immo latius extenditur atque in similitudine efficienda exemplaris proprium fere campum sibi deligit. Videamus igitur, quae ad analogiam quandam Aeschyli Sophocles effinxit. Iam vero ostendit Todtius l. I. p. 7, Aeschyleo neutra verba in *μα* desinentia mirum quantum assueta fuisse. Talia igitur Sophocles proculdubio Capt. fg. 31 ἀπόμαγμα, Inach. 267 ἐπίκρουμα, Colch. 316 σφήωμα (cf. Ar. Pax. 1216), Troil. 571 μασγάλισμα. Verum eadem terminatio communis est omnium tragicorum: atque ex ipso Sophocle alia exempla sat multa suppetunt. — Aeschyleum morem loquendi redolet deinde Capt. fg. 56 στερνόμαντις i. q. ἐγγαστήριμος (Poll. 2, 162). Simile autem est, ne dicam de compositis copulativis *ιατρώμαντις*, *δνειρώμαντις*, *μονσόμαντις* (Todt. p. 16) potissimum vocabulo Aeschyleo quod est *θυρώμαντις* Pers. 223 (Todt. p. 33). Ipsum vero *στερνόμαντις* post Sophoclis aetatem reperitur demum Theodoret. gr. aff. 5, 10. Phot. epist. 150. — Ex adiectivis Aeschyleo more compositum est Capt. fg. 48 ἄσεπτον quod idem occurrit OR. 890, saepius apud Euripidem (*ἀσεπτέω* autem legitur Ant. 1350); porro fg. 41. ἀμφίλινα κρούπαλα\*); *Androm.* 128 ἀμφίπρηνος (cf. quae de vi ac notione ἀμφί praepositionis in nominum compositione conspicua significavit Todt. p. 30); fg. 126 (ἀντοχειλέσι s. ex emendatione Hemsterhusii ἀντολίθοισι ληκόθοις (Todt. p. 22 s.); denique *Colch.* 311 χαλκοσκελής, de quo v. infra. — Porro *Inach.* fg. 270 ἀελλόθριξ (quod ab Ellendtio illustratur loco OC. 1263 κόμη δι' αἴρας ἀκένυστον ἕσσουσα) legem sequitur et ipsi Aeschyleo ratam, ut adiectiva, quae a substantivis monosyllabis tertiae declinationis descendant, terminationem incorruptam servent (Todt. p. 20 secundum Lobeckium paral. p. 237). — Tum more Aeschyleo formatum est *Past.* fg. 459 θαλλὸν νεοσπάδα cf. νεοσπαδῆς Aesch. Eum. 42 ὀδνοσπᾶς Aesch. fg. 313 D. (393 Nck.). Verum eiusdem generis et postea fictum est a Sophocle

temporibus plane acceptum, novaret quis παράλιος. Novator autem ille sive Aeschylus fuit sive alius quis, certe in Sophoclis fragmento non potest ad peculiarem Aeschyli imitationem referri. Itaque iam ad summam quaestionis revertor.

\*) Hoc ipsum κρούπαλον videtur inter glossas referendum esse. Hesych. 2, p. 355: Κρούπανα. ξύλινα ὑποδήματα. Cf. Poll. 7, 87. 10, 153.

*δλοσπάς* fg. 919 D. (967 N.) et ipsum illud *νεοσπάς* iterum legitur Ant. 1201 *ἐν νεοσπάσιν θαλλοῖς*: quare ex eodem vocabulo in fragmento Inachi conspicuo vereor ut quidquam de imitatione Aeschylea Sophoclis adolescentis propria confici possit. — Deinde fg. **Capt.** 43 *αἰχμόδετος* compositum est obiectivum s. dependentiae, cuius membrum regens a verbo deflectitur quod dativum habet cum sensu passivo, cuiusmodi Aeschylus multa effinxit (Todt. p. 41), veluti *γομφόδετον δόρν* Suppl. 912 c. Quamquam occasione oblata commemoro, Aeschylum magis sibi placuisse in compositis cum substantivo quod est *δόρν*. Eius generis leguntur *δορίμαργος* Sept. 688, *δορυσόος* ib. 117. Suppl. 954, *δορίπαλτος* Ag. 113, *δορικήμης* Cho. 360, *δορίγαμβρος* Ag. 664, *δορτινάκτος* Sept. 140, *δορὶπληκτος* ib. 261, *δορὶλέμαντος* fg. 133, *δορὶπαγής* Suppl. 713, *δορὶκρανος* Pers. 174. Contra Sophocles praeter notissima duo *δορὶάλωτος* Ai. 210, *δορὶληκτος* ib. 146. 878 nil habet nisi *δορὺξενος* El. 46. OC. 368 atque *δορυσσοῦς* OC. 1315. Hae sane minutiae cuiuspiam videbuntur: verum ut ex ungue leonem (quod dicunt), ita e thesauro vocabulorum qui quasi armis hastisque horret fortem ac bellicosum animum principis poetae licebit agnoscere. — Restat verbum unum **Capt.** fg. 32 *πυκνομματέω*. Verum id haud prorsus applicatum est ad exemplar Aeschyli, qui talia verba non a stirpe nominis substantivi, sed ab ipsa radice formavit, veluti *ἐλευθεροστομέω* *ἐξέλευθεροστομέω* *λαβροστομέω* *πολυστομέω* (*παλινστομέω*) *θρασυστομέω* (Todt. p. 52), quod expressit Sophocles *Philoct.* 380, quae tragoedia ad ultimos vitae annos refertur. Alteri dein verbo quod est *ἰκτορεύω* **Capt.** fg. 55 Aeschylus nomen suppeditavit unde derivaretur *ἰκτωρ* Suppl. 660, quod quidem Euripides quoque posuit *Phoen.* 1581.

Denique corollarii instar pauca appono vocabula ex usu barbarorum recepta, quod quis ad morem Aeschyli factum esse dixerit, de quo exposuit Bernhardyus *Litt. Graec.* tom. II. 2. p. 247. Sunt autem haec: **Androm.** fg. 132 *σάλητον* s. *σάρητον* i. q. *σάραπις* h. e. secundum Hesychium *Περσικὸς χιτῶν μεσόλευκος*. — **Past.** fg. 471 *βαρίβας*, qui vehitur navi quae *βᾶρις* vocatur Aesch. Pers. 545. 1031. Suppl. 816 (cf. Todt. p. 3). — ib. fg. 472 *ἰὼ βαλήν*, cf. Aesch. Pers. 650 *βαλήν*: quam vocem quod Sextus Empiricus *adv. Gr.* p. 286 explicat: *βασιλεῦ φρημιστί*, redit fere ad sententiam eorum qui Phoenicum illud comparant *𐤁𐤓𐤁* quod est *dominus*\*). — **Troil.** fg. 558 *σκάλημη*, quod Pollux X, 165 perhibet esse nomen gladii apud barbaros; fortasse tamen originem ducit a verbo quod

\*) De scriptura *βαλήν* simplici lamhda cf. Lobeck. *paral.* p. 191, 3.

est σκάλλειν. — Verum enimvero imitationem Aeschyleam haec omnia non pro-  
dunt. Eadem enim quae Aeschylo contigit cognitio barbarorum Sophocli quoque  
manebat, atque ut ad unum exemplum revertar, βᾶρις legitur etiam Eur. IA. 297.

Iam quae adhuc exposita sunt, in tabulae speciem disposita subicio, ut faci-  
liore obtutu qui legant possint secernere. Notavi autem signo + e vocabulis  
poetarum antiquiorum ea quae sunt communia cum Aeschylo, ex Aeschyleis ea  
quae ad Orestiam pertinent appposito O. distinxi, denique quae post fragmenta So-  
phoclis e tempore citiore traduntur omnia asterisco notavi. Sunt autem in quat-  
tuor greges distributa vocabula haec:

<i>Sophoclis</i> propria.	<i>Epicorum et Lyricorum</i> vocabula.	Vocabula <i>Aeschylea.</i>	<i>Aeschyli</i> ad similitudinem quan- dam conformata.
in <i>Captivis</i> :			
βωμιαῖος ἀλιτρία* ἀνηκής ἐμπλευρόω	νησιώτης +*	ἀριάνη* O.	ἀπόμαγμα στερονόμαντις* ἄσεπτος* ἀμφίλινος αἰχυόδετος (πνκρομματέω) (ἰκτορεῖω)

in *Andromeda*:

δίγονος* οἰήτης	πρόσφατος +* ναστολεῖν* ζευξίλειος	θηητολεῖν* O.	ἀμφίπρονμος αὐτόλιθος σάρητον barb.
--------------------	--	---------------	---

in *Inacho*:

ξενόστασις* ἐπίεσδος* ἀντίπλαστος ἐπικτυπέω* κναμοβόλως ἄναντα	πάνδοκος +* ἀναΐδεια* ἄφθιτος +* παλίνσμιος*	ἀμεμφία	ἐπίκρονμα ἀελλόθριξ
---	---	---------	------------------------

<i>Sophoclis</i> propria.	<i>Epicorum et Lyricorum</i> vocabula.	Vocabula <i>Aeschylea</i> .	<i>Aeschylei</i> ad similitudinem quan- dam conformata.
in <i>Colchidibus</i> :			
ἀνθροργέω *	τηλέσοπος *	πέμφιξ *	σφήκιμα *
ὑπόμνημι *	ἀπαΐσσω *	σελασφόρος O.	χαλκοσκελής
ἐύλοφος *		χαλκήλατος *	
ὑπαίθω *			
in <i>Pastoribus</i> :			
προγυμνάζω *	μηλοτρόφος + *	παράλιος *	νεοσπᾶς *
πάραυλος *	θαμίζομαι *	πάροικος *	βαρίβας barb.
τριολύπιος			βαλλήν barb.
in <i>Troilo</i> :			
παντόμορφος *	ἄφθογγος + *	ἀνδρόπαις	μασχάλισμα
κατάφρυλος		ναρός	σάλλη barb. (?).
cf. tamen Aesch.		ἦμος *	
ἀπέσκης			
ἀσόλοιος *			
ἐλαιώ *			

Facile intellegitur, ex tam discerptis fabularum reliquiis de dicendi genere conici magis quam cognosci posse. Quae autem aliquanto certius circumscribi patiantur, iudicio peritorum subiciam haec. Atque unum quidem primo fere obtutu cognoscitur, eorum quae ab ipso Sophocle composita sunt pleraque in parte priore praepositionem habere: unde leviori sane pondere sunt, quam quae Aeschylus grande sonantia e duobus nominibus compegit. Item numerale nonnusquam in parte priore contineri hic praemoneo, infra pluribus exemplis allatis accuratius illustrabo. Verum et haec commissura multo lenior est quam quales Aeschylus ausus est fingere; eaque Sophocli etsi haudquaquam peculiaris est, usitatio tamen quam poetae antiquiori videtur fuisse. Denique ut ad summam quaestionis revertar, imitationem Aeschyleam, si quid intellego, aliqua certe ex parte eae potissimum produnt quae a choro nomen acceperunt Captivae Colchides Pastores fabulae\*). Itaque ab una quidem parte mihi cum Bergkio V. III. iam convenit.

\*) *Pastorum* prae ceteris reliquias glossarum numero insignes esse, et ipse perspexit Bernhardus Litt. Graec. II. 2. p. 310, etsi discernendis fragmentorum gregibus parum profici videntur iudicare, ib. p. 306. In *Pastoribus* certe plures etiam quam supra attuli glossae reperiuntur,

Is enim hanc ipsam legem latius patere voluit, ut quae fabulae a choro nomen traxerint maximam quidem partem in primordiis artis Sophocleae reponi debeant. Neque vero destituta est ea coniectura speciosis quibus commendetur rationibus; immo probabitur intuenti quanto maiores sint Aeschyli in tragoediis chori partes quam in posterioribus fabulis Sophocleis. Attamen ipsa ea res, qua commendari videtur illa sententia, nescio quo modo offecit quominus lubens in istas partes concederem. Quid enim? — sic mecum reputabam — nonne ad speciosam quandam similitudinem potius quam ad accuratum fabularum examen res exigetur? non ducti hoc, quem facile est praesagire, cardine ac fine quaestionis ea quae repugnare videantur facile neglegemus? non sagacius quam verius in eis fabulis, quae specie quadam ad incunabula tragoediae Sophocleae pertinere videantur, vestigia tumoris Aeschylei indagabimus? Ita vero haesitanti nihilominus, ipsis fabularum reliquiis diligenter inspectis, mihi persuasum est de Bergkii sententia. Nimirum non ita res comparata est, ut quoquo vertaris in Aeschyleas vocabulorum compages irruas: immo reperiuntur et his in fabulis, quae Sophocles aut repetierit altius aut ipse novaverit; sed aliquanto pauciora sunt quam quae ad Aeschyli consuetudinem dicendi revocari patiantur. Verum fragmenta iam ipsa iubemur inspicere.

Praemoneo igitur, ne hic quidem agi de iis vocabulis quae ex usu communi videantur esse repetita. In eis numero praeter illa, de quibus dubitari omnino nequit, et haec: Mys. fg. 376 *σισσορώδης*, Nausic. s. *Πλωτορ.* fg. 403 *ἐπενδύτης indusium*, fg. 405 *λαμπήνη* (*εἶδος ἀμάξης*. Hesychius), Scyr. fg. 507, 4 *ῥιπίς ἐπὶ ῥιπίων*, quod Meinekium secutus Nauckius emendavit; denique Pandor. s. *Σφυροζ.* 441 quod legitur *ἐνορήθρα* h. e. *matula* facile nobis persuadebimus ex eodem usu vitae communi esse assumptum.

Deinde ex epicis lyricisve poetis nonnulla Sophocles videtur repetivisse, sed plurima mutato sensu, veluti Aeth. fg. 29\* *ἀπιστεῖ*, quod primum legitur Odyss. ν 339, quamquam alio sensu, ut sit *fidem non habere*; alterius autem significationis ut sit i. q. *ἀπειθεῖν non morigerari* cum illustre exemplum est Hdt. 6, 168 (cf. Valcken. ad h. l.), tum multa inveniuntur apud scriptores Atticos (cf. Stallbaum ad Plat. Apol. p. 29 C.); usitatissimum vero

cf. Nauckii fragmenta 467—476: verum ea aut male omnino turbata sunt ut interdum dispici nequeant veluti fg. 467, aut ad ea certe quae supra induxi genera non pertinent. Sufficiat igitur commemorasse fg. 473 *Γραῖζες*, fg. 474 *Ἴερρα* (idem fg. 53 Capt.), fg. 476 *ψό*.

est ipsi Sophocli, apud quem hoc quidem sensu legitur Ant. 219. 381. 656. Trach. 1173. 1214. 1219. 1230, illo autem Phil. 1334. Ai. 920. — Pariter Sophocles significationem mutavit verbi \* *θυμαίνειν*, quod Hesiodus dixit 'irasci' scut. Herc. 262 [eodem autem sensu Ar. Nub. 609. 1478], Sophocles vero in Convivis (*Συνδείπνοις*) fg. 142 *θυμαίνειν καλόν* 'fortem esse decet'! — Neque vero alia causa est verbi + \* *αναρόροιβδέω*, quod et locis tribus (si Paulum Silentiarium missum facimus) et triplici sensu extat. Primum enim clarissimo loco de Charybdi *μ* 104 est 'resorbere', deinde Aesch. Salam. fg. 213 Nck. *ἀντὶ τοῦ διαπνέειν* secundum Hesychium; denique Naus. s. *Πλωτορ.* fg. 404 *ἀντὶ τοῦ ἀναρόρεινται*, quod idem explicat 1, 399. — Porro + \* *ἐνόδιος* s. *εἰνόδιος*, quod primum legitur *Π* 260 *σφήμεσσι εἰκότες εἰνόδιος* nec multo aliter Aesch. Prom. 487 *ἐνοδίου τε συμβόλου* 'omina in itinere obvia', Sophocles revocavit ad Hecaten. Legitur enim Rhizot. 490, 2 *τῆς εἰνοδίας Ἐκάτης* pariter atque Ant. 1199 *ἐνοδίαν θεόν* (cf. Herm. ad h. l.): unde percrebruit cognomen illud Eur. Hel. 576 atque Ion. 1048 *ἐνοδία θύγατερ Δάματρος* (quae Hermanno et ipsa intellegitur Hecate), Plat. legg. IX, 914 B., de Herma autem Theocr. 25, 4. — Denique Mys. 373 \* *ἄμοχθος*, quod Pindarus habet Nem. 10, 30 *ἀμόχθω καρδία*, in carmine quod Dissenius sat amplis sane finibus circumscriptum intra Ol. 78, 1 et Ol. 80, 3 collocat (cf. tamen ex Aesch. Prom. 208 *ἀμοχθεύει*); deinde legitur *ἄμοχθος* Trach. 146. Eur. Archel. fg. 242, 2 N. (IX. Dindf.); nam *ἀμόχθης* quod est in libris metro repugnat, etsi Beckius re non perspecta tuetur. — Duo tantum ex epica poesi vocabula integro sensu Sophocles repetiit: Phaeac. fg. 609 + \* *ἄρτυμα* (*καὶ βορᾶς ἀρτύματα*) quod primum legitur Batrachom. 41, deinde Aesch. fg. 317 (secundum Wellaueri lexicon), occurrit autem apud ipsum Sophoclem etiam in Phinei fg. 637 et Cedral. fg. 304. — Alterum legitur in Rhizotomis fg. 491 \* *ἀιστόω κόρον* (al. *κηρόν*) *ἀιστώσας πνύει*; fluxit autem vocabulum ex Homero *κ* 259 *ν* 79, unde Herodotus quoque repetiit 3, 69. 127; dein subscripto iota legitur et apud ipsum Sophoclem et Plat. Protag. p. 321 A. et alibi. — A lyricis poetis Sophocles mutuatus est etiam Scyr. fg. 508, 4 \* *ἐμπολή μερα*, quod hoc sensu primum extat Pind. Pyth. 2, 126 in carmine scripto probabiliter Ol. 75, 4 [deinde Ar. Ach. 929], ceterum mutato sensu aut *lucris* aut *mercaturae* saepissime apud scriptores potissimum usu venit. — Porro Hydroph. fg. 607 \* *πολύκοινον Ἀμφιγρίταν*, cuius exemplar extat in eodem illo carmine Pind. Pyth. 2, 77 *πολύκοινον ἀγγελίαν*, simile autem reperitur apud ipsum Sophoclem Ai. 1193 *πολύκοινον Αἶδαν*: unde saepius apud scriptores.

Tria insuper vocabula quae ex his fabulis Sophocleis traduntur et ipsa in lyricis extant poematis: verum cave fallaci inducaris indicio ut ea inde defluxisse sic protinus existimes. Nempe evanescit species, ubi ad temporum rationes res exigitur. Sunt autem vocabula haec: Ach. am. fg. 156 + \* *ἐπιστατέω* *insistere* *τίς γάρ με μόχθος ἴον ἐπιστάτει*. Idem vero quamquam alio sensu praeditum, ut sit *praesse*, extat Pind. Nem. 7, 71 *οὐ ψεύδις ὁ μάρτυς ἔργμασιν ἐπιστατεῖ*; Aesch. Ag. 1248 *οὔτι Παιῶν τῶδ' ἐπιστατεῖ λόγῳ* (deinde apud Euripidem et poetam comicum, saepissime vero apud scriptores). Est autem Pindari carmen 'Sogeni Aeginetae victori Nem. 54. Ol. 79, 4 Aeginae cantatum', Aeschyli Orestia docta Ol. 80, 2. Itaque cum neuter poeta Sophocli adolescenti viam praeire potuerit, videtur ipse Sophocles si quid inventione opus erat invenisse, certe in scenam induxisse hoc *ἐπιστατεῖν*, quod idem apud eundem legitur OT. 1028 sensu vulgari: *ἐπαῖθ' ἐρείοις ποιμνίοις ἐπιστάτον*, et fg. inc. 940 N. (878 D.), ubi Pollux explicat *βραβεύειν*. — Duo autem quae restant vocabula quae assumpsit Sophocles procreata erant ante Pindarum, certe aequali fere tempore, ab Aeschylo. Repetiit autem Sophocles a principe natu maiore alterum quidem eodem de quo iam vidimus more, ut forma servata significationem aliquantum mutaret. Hoc dico Syr. fg. 508, 5 + \* *πολυφθόρος* sensu passivo *cladi expositus* \*): quod vocabulum ex aliis fabulis Sophocleis occurrit sensu parum diverso El. 10. Trach. 477 *cladis plenus*, praeterea Eur. Phoen. 1035. Ante Sophoclem autem extabat idem activo tantum sensu *πολυφθόρος*: Pind. Isthm. 4 (5), 63 *ἐν πολυφθόρῳ ὄμβρῳ* [insuper apud eundem Nem. 8, 53 *ἐν πολυφθόροις ἀμέραις*, quamquam Bergkiius ed. II. correxit *παμφθόροισιν ἐν ἀμ.*], atque apud Aeschylum Prom. 533 *τὰς πολυφθόρους τύχας*, 820 *πῆς πολυφθόρον πλάνης* (praeterea Sept. 926: *ξένων σίχας πολυφθόρους*). Iam vero ad annum Ol. 75, 3 probabiliter refertur carmen Isthmium IV. Aeschyli vero Prometheus certe non ante Ol. 75, 2: ut perquam confinia sint utriusque poematis tempora. Uter igitur illud vocabulum procreaverit, in dubio relinquam; Sophocles certe non nisi propriae artis nota impressum refinxit. — Alterum vero vocabulum aperte est Aeschyleum atque integro sensu in Sophoclis artem receptum. Legitur enim + \* *ποσάιντος* Ach.

\*) fg. 508, 5 ss.

ἐμπολὲς μακρὰς

Αἰ παρὰφθιπτοντες οἱ πολυφθόροι

Ἡ ὥσαν ἢ ἐρδανὴν ἢ δῶλεσαν.

Nuperrime Meinekius *ἀζέρδανεν* emendavit. Cf. Nauck. in *Annalibus Jahniis* 1862, p. 186.

am. fg. 154, 5 τὰ πρώτ' ἔχουσι ἡδονὰς ποτανίους *gaudia insperata*; similia autem Aeschylus posuerat Prom. 102 ποταίνιον πῆμα, Sept. 240 ποταίνιος πάταγος, Pindarus vero Ol. 11 (10), 73 ποταίνιον στέφανον *coronam recentem*. Itaque poeta lyricus et post Aeschylum usurpasse censendus est, siquidem Olympium XI. Agesidamo Locro Epizephyrio victori probabiliter Ol. 74 longo, ut ait Boeckhius, post victoriam intervallo in urbem patriam missum est, et usurpavit sensu aliquantum diverso. Nam quod in Orestia, quae trilogia multo post docta est, legitur ποταίνιον αἶμα Cho. 1055, et Eum. 282 (μῖασμα) ποταίνιον, nil refert. Ab Aeschylo igitur Sophocles et hoc repetiit ποταίνιον (quod e tempore posteriore traditur Hippocr. p. 389, 44. p. 582, 5 all.) et alia ad quae iam via patet munita.

Mutnatur enim Sophocles a poeta antiquiore quae extant in reliquiis fabularum choricarum haec. Nomina derivata sunt: Aesch. fg. 26 δέσμωμα ex Aesch. Pers. 745 (cf. quae supra diximus de nominibus in *μα* terminatis in tragico sermone usitatissimis); Synd. fg. 142 \*ἔδωλιον *sedes* ex Aeschyli Sept. 455 (cf. Cho. 71) quod quidem occurrit etiam El. 1343 et significatione speciali de *transitis* Ai. 1276 (cf. Hdt. 1, 24). — Nomina composita repperi: unum possessivum Synd. fg. 141 \*ζάκισμος cf. Aesch. fg. 174 N. (deinde Ar. Pax 38); determinativa tria, e quibus duo praepositionem in membro praecedente habent, Vatum (Μάντεων) fg. 365 \*συμμιγής, quod deinde saepissime legitur et apud ipsum Sophoclem (Trach. 767. OR. 1281) et apud comicos poetas et scriptores; ex ulteriore autem tempore extat apud Aeschylum Sept. 741, quamquam vereor ne ante hunc ipsum in usu fuerit. — Myss. fg. 374 \*προσῆγορος passive dictum, ut OR. 1338. 1437. Phil. 1353; Aeschylus quidem ante effinxerat sensu activo Prom. 832, quale et ipse Sophocles recepit Ant. 1185. — Unum praefixum habet *α* privativum \*ἀχρήματος Seyr. fg. 513; cf. Aesch. Pers. 165. Cho. 272 (Hdt. 1, 89), quod postea saepissime dictum est. Alterum autem quod cuipiam videatur in hoc numero reponendum esse, Aeschyli auctoritate muniri iam nequit Aeth. fg. 27 ἀναρχτος: siquidem apud Aeschylum, qui hoc vocabulum finxisse tradebatur Eum. 520, maiore iure repositum est ἀνάρχτος. — Denique pauca commoneo de vocabulo quod est χαμευνή Dolop. fg. 178, quod neque ab Aeschylo repetitum est, siquidem Agamemno fabula ubi legitur v. 1521 (1506 Herm.) non potest adolescenti Sophocli proposita fuisse, neque ex ipsius fabrica Sophoclis videtur prodixisse. Attributivum certe nomen quod est χαμαιευνής multo ante Sophoclem effectum erat in carminibus Homericis II 235

z. 243 § 15: unde facile est colligere, et ipsum vocabulum quod est *χαμεινή* iam ante tempora principum tragicorum in usu fuisse. — Neque vero Synd. fg. 140 \**ἀντίπαις* Sophocli ab Aeschilo potuit suppeditari, cuius in fabula Orestiae tertia legitur v. 38. Insuper apud Aeschylum vocatur *infantis instar* (cf. Eur. Andri. 326), apud Sophoclem intellegitur *adultus* itemque apud scriptores posterioris aetatis. — Nomina obiective composita Sophocles ab Aeschilo mutatus est haec: Phthiot. fg. 629 \**πατροκτόνος* cf. Aesch. Sept. 752 [Cho. 974. 1015. 1028], quod idem Sophocles iterum exhibuit OR. 1288. OC. 607. 948 et alii post illum, quamquam interdum mutato sensu, sicuti de notione peculiari quae est vocabuli in ipso Phthiotidum fragmento exposuit Ellendtius Lex. Soph. s. v. — Vatum (*Μάντιων*) fg. 365 \**κηρόπλαστον ὄργανον* (*μελίσης*) ex Aesch. Prom. 576, cf. Anthol. 9, 570. — De vocabulo quod est *χαλκήλατος* Laris. fg. 347 supra iam commemoravimus. — Addendum denique esset *αὐτόσσυτος* Scyr. fg. 512 cf. Eum. 165, nisi secundum Bergkii rationes Aeschyli Orestiam sub finem eius spatii doctam esse sciremus, quo Sophoclis fabularum choricarum maximam partem vult contineri. (Verba quoque nonnulla Aeschylus Sophocli suppeditavit: Synd. fg. 144 \**ἀπὲν θύω* *dirigo* (quod praeterea occurrit OR. 104 ac plane alio sensu ut sit i. quod *detorquere* Ai. 72), verum et hoc ad Orestiam pertinet, v. Ag. 1652 W. — Meliore iure iam reliqua ad Aeschylum referuntur: Synd. fg. 150 \**ἐπιξενόσθαι* (quod Hesychius explicat *προεβέσθαι*, Ellendtius mavult intellegi *peregre abesse*), legitur eodem sensu Aesch. Cress. fg. 115 N. [et alio sensu Ag. 1320, ubi intellegitur *domum s. testimonium hospitale requirere*], deinde scriptores dixerunt et *peregre abesse* et passive *hospitio excipi*. — Mys. fg. 375 \**ἐφρυνέω* intransitive videtur dictum esse. Extabat autem transitive dictum iam apud Aeschylum Pers. 93: [Choeph. 385, intransitive Eum. 902 *ἐφρυνῆσαι χθονί*]; Sophocles vero, si missum facimus fg. 88 N. *ἐφρυνεῖς* (Hesychius: *ἐπάδεις*) quod sensu ambiguum est, eodem verbo aliter usus est, ut sit *imprecari* OT. 1275. Ant. 658. 1305: quo usu abstinuit Aeschyleam potius consuetudinem secutus Plato, apud quem vocabulum saepissime legitur. — Denique pertinet huc Phryg. fg. 652 *λωτίζομαι*, quod est quasi *decerpere*, *sibi eligere*, repetitum autem videtur ex Aeschyli Suppl. 965. Haec igitur vocabula integra ut ab Aeschilo procreata erant, ita a Sophocle sunt recepta. Verum ut supra induximus sat amplum numerum vocabulorum quae more Aeschyleo effluerit Sophocles, ita omnibus his in fabulis quae a choro

nomen traxerunt non pauca eius generis deprehenduntur. In hoc numero repono Aeth. fg. 28 ἀνθοβοσκός (ἀνθοβοσκόν: Hesychius: ἀνθοτρόφον —, acuendum esse ex praecepto Arcadii p. 87, 25 Ellendtius tradit s. v.), cuius simile aliquo modo prociudit Aeschylus ἀνθονόμος Suppl. 525, ceterum cf. γηροβοσκός Ai. 567. — ibid. fg. 30 ὀρθόπτερος, quod Hesychius 2, p. 780 et Photius p. 364, 19 ambigunt utrum ad columnas excelsas referendum sit an ad humeros quos et πτερά diei perhibent, ut sit simile alteri vocabulo quod est εἰρόστερος: formatum certe est eodem modo quo plurima Aeschylea. — Synd. fg. 144 ναοφύλακες, quod plane congruit cum vocabulo Aeschyleo quod est οἰκοφύλαξ Ζεὺς Suppl. 26; ceterum comparare licet, etsi non a nomine ναῦς descendit, sed a ναός, Euripideum illud ναοφύλαξ aedituus JT. 1228 (Aristot. rep. 6, 8). — Laris. fg. 347 \*πάξενος, cuius quidem similia non ab Aeschylō solo repetere licet. — ibid. \*χρυσόκολλος, (cf. Eur. Pal. fg. 4). — Lemn. fr. 352 \*ἀγγιτέρορες πάγοι (cf. Eur. Rhes. 424. Lycophr. 729. Xenoph. Hier. 10, 7), quod simillimum est ei quod Aeschylus dixit ἀγγιλείων Prom. 874: quemadmodum aliud eiusdem generis vocabulum et ipsum commune est utriusque poetae: ἀγγιπολις enim legitur et Aesch. Sept. 489 et Soph. Ant. 970. — Vatum (Μάντειον) fg. 361 μαλλόδετος laneo filo constrictus, cum quo contendas γομφόδετος Aesch. Suppl. 812. — Nausicaae (s. Πηνελόπειαν) fg. 403 λινογενής, quocum comparare licet λινοδόραρης Suppl. 116. — Rhizot. fg. 489 ἀργινεφής ὄπός, quod infra, collatis quae modo posuimus ὀρθόπτερος χρυσόκολλος aliis, accuratius illustrabimus. — Addo Seyr. fg. 508 ποντοναύτης, etsi quae Aeschylus prociudit χλιοναύτης Ag. 45, πολυναύτης Pers. 83 specie magis similia quam vere affinia sunt (Todt. p. 20). — E numero substantivorum n. g. in μᾶ exeuntium, de quibus saepius iam commemoratum est, duo in his fabulis reperiuntur: \*δίσημα Laris. fg. 348 (cf. Eur. Tr. 1121) et χήλεμα (Hesychius: τὸ σπαρτίον h. e. vinculum s. compes) Sphyrocop. fg. 442. — Unum adiectivum quod est διχόστομος Ach. iam. fg. 157, commemorasse sat est: cum σιόμα enim Aeschylum permulta composuisse docet Todtius p. 20. — Proxime vero ad consuetudinem Aeschyli accedit Aeth. fg. 26 σφηκοὶ κελαινόρρινες. Singularem numerum legimus sane nonnisi in ος terminatum Opp. hal. 5, 18. Nonn. diom. 15, 158: uade Ellendtius s. v. pluralem anadrome factum esse asserit. Verum id ipsum Sophocles admisit Aeschyleam omnino consuetudinem secutus, ut attributivum cum substantivo monosyllabo incorrupta terminatione componeret (Todt. p. 20): quemadmodum Aeschylus ex eodem nomine procreavit εὔρις Ag. 1093 (1054 Herm.); nam quod

alteram formationem praeferens *ἔργων* scripsit poeta in notissimo loco Ai. 8 *κινὸς Ἀκαίνης ὡς τις ἔργων βάσις*, non obstat quin idem alio loco aliter formaverit, praesertim cum ne constet quidem omnino, sitne ille secundus casus an rectus. Ceterum cf. Lobeck. Paral. diss. III. p. 238 s. —

Omnino autem ea quae e duobus nominibus composita sunt vocabula aliquanto propius ad Aeschyli artem videntur pertinere, eiusmodi autem vocabulis Sophoclis fabulae choricæ atque omnino eae quas Bergkii in primo gradu artis collocavit prae ceteris insignes sunt. Quod ut paullo accuratius illustrem, eius generis quae supra attuli hoc loco collecta et aucta repono, nisi quod de numeralibus infra seorsum tractabo. Tenentur autem illa lege haec \*): *ἄλλόθριξ* Inach., + *ἄνδράπαις* Troil., *ἀργινεφής* Rhizot., *αὐτόλιθος* Androm., *δράκωνλος* Tympr., *ἰσόσπαιος* Coph. 335, + \* *κάκοσμος* Synd., *κλεινόθρις* Aeth. (v. supra), \* *καορύλαξ* Synd., \* *ξενόστασις* Inach., \* *ὀρθόπτερος* Aeth., \* *πανάργυρος* Laris. 347 (ι 203 ω 275), \* *παγκάρπεια* Vatt., \* *πάγξενος* Laris. (Dind.: Acris.), + \* *πάνδοκος* Inach., \* *παντόμορφος* Troil., \* *πολύκοινος* Hydroph., *ποντοναύτης* Capt., \* *χαλκοκέλης* Colch., \* *χρυσόκολλος* Laris. (Dind.: Acris.). Dubitaverit sane quispiam, sitne is numerus magni aestimandus an prae maiore quae alibi invenitur copia spernendus: verum comparatis reliquis fragmentis evincam. Etenim solis in fragmentis fabularum Sophoclis etsi praeter unum et viginti haec, quae modo apposui vocabula excerpta e fabulis adolescentis quem Bergkii informat poetae, reperiuntur composita e duobus nominibus alia plus quam triginta: tamen removenda sunt ex eo grege primum fragmenta incerta, ut quae ob eam ipsam rem, quod utram ad aetatem, adolescentis poetae an perfecti, pertineant ignoratur, a neutra parte inducere licet. Aequat autem horum numerus, immo superat dimidiam partem omnium eiusmodi vocabulorum quae praeter Bergkianum canonem fabularum extant. Deinde vero ubi ipsam commissurae artem respicimus, quae incertis in fragmentis reperiuntur, omnia fere peculiari inventionis nota impressa sunt: alterius gregis qui ad certos titulos refertur plurima certe in priore parte leviora illa *αὐτο παν πολυ* habent. Extant autem in fragmentis incertis haec: *ἀγωνο-θήκη* inc. 848 N. (800 D.), cuius de origine Sophoclea etsi dubitat Ellendtius s. v., receperunt tamen editores fragmentorum; *ἀδικόχειρ* 887 N. (803 D.);

\*) Asterisco notavi quae praeter Sophoclem alii quoque poetae scriptoresve usurpaverunt, signo + quae communia sunt cum Aeschilo. Reliqua apud solum Sophoclem extant.

\*ἀκροφύσιον (τὸ πῆ γῶνῃ προστιθέμενον. Aneecd. Bekk.) fg. inc. 898 N. (834 D.) Thuc. 4, 100; ἀνδρόφρων inc. 858 N. (680 D.); \*αὐτόπαις 921 N. (964 D.) cf. Trach. 826; porro \*γοργῶπις 759, 2 N. (724 D.) Ai. 449 (n. pr. Aesch. Ag. 293); \*γύνανδρος fg. 874 (865 D.) deinde apud Aelianum; \*δημόκοινος 707 (869), quod saepe occurrit apud oratores Atticos; \*ἵπποβονκόλος 949 (891), Eur. Phoen. 12. v. Ellendt. s. v. et cf. de antiphrasi nominis Bernhardus Paral. Synt. Gr. p. 31; κοκκυβόας 718 N. (κοκκοβόας 900 D.); \*λαίθαργος de cane insidioso inc. 800 N. (902 D.), deinde in oraculo Ar. Equ. 1068, saepius aliter scriptum λήθαργος; λιτροσόπος de argentario 957 N. (907 D.); ὀρθοκέρως 793 N. (922); ὀρθόφρων 969 (923); \*παγκληρία 829 (774), Eur. Suppl. 14. Jon. 814; \*πάνσοφος 827 (784), cf. Lob. Ai. 836, Eur. Herc. f. 188 al.; \*πύγαργος 977 (932), quod metonymice legitur etiam Lycophr. 91, proprie dictum saepius; στραβαλοκόμας 991 (948); \*χρυσόμορφος 1020 (700), quod a Paulo Silentiario usurpari lexica perhibent. Sunt haec undeviginti, e quibus si unum compositum cum αὐτό, duo in quibus παν inest, leviori momento aestimes, sedecim restant magis peculiariora, e quibus octo nisi in his fragmentis omnino non extant: ἀγωνοθήκη, ἀδικόχειρ, ἀνδρόφρων, κοκκυβόας, λιτροσόπος, ὀρθοκέρως, ὀρθόφρων, στραβαλοκόμας.

Contra in eis tragoediis, quas ultra primum gradum collocatas longius ab Aeschyli arte removet Bergkii, reperiuntur haec decem et septem, numero sane fere aequa, sed pondere leviora: αὐτόμοιρος\*) Thyest. fg. 230 N. (249 D.); +\*αὐτόφορτος fg. 231 N. (250 D.), Aesch. Cho. 670. Plut. Aem. Paul. c. 9. mor. p. 467 D.; porro in Thamyra Anacronteum (fg. 66 Bgk.) hoc \*ἠδυμελής fg. 218 (228), Ar. Av. 659. Nomm. dion. 29, 287 ac saepius apud Pindarum et in Anthologia; \*μόναυλος fg. 221, 2 (227), Athen. IV, p. 147 F., ubi affert Thamyrae locum; deinde ἰσοθάνατος Creus. fg. 331 N. (319 D.), ἰσαμέριος Ter. fg. 532 N. (692 D.); +\*μελαυβαθής Polyx. 478 (469), Aesch. Prom. 219. Eur. Phoen. 1010. Ap. Rh. 4, 516; \*ναύκληρος Naupl. 394 (384), cf. Philoct. 128. 543. Aesch. Suppl. 183. Eur. Hippol. 1214 al.; \*οἰνάνθη Thy. 235 (234), metonymice dictum Pind. Nem. 5, 11, proprie saepius apud Euripidem Aristophanem alios; deinde cum παν formata quattuor\*\*): πάγχροτος Tyr. 600 N. (579 D.); παμπληθία Laoc.

\*) αὐτόλυκος, quod e Dindorfii collectione ubi est fg. 230 possit quispiam huc revocare, Sophocli ademit Nauckius p. X.

\*\*) παγκρατής quod erat Dindorfii fg. 607 Phaedr., Nauckius revocavit ad Euripidis Hippolytum, cuius iam recensetur fg. 434.

343, 3 (342 D.); \*πάμπλουτος Tynd. fg. 583 N. (572 D.), Galen. t. VI, p. 534. Maneth. 4, 85; + \*παντελῶς Tynd. 583 N. (572 D.), OR. 669, Aesch. Prom. 440, item saepissime apud scriptores; porro Homericum \*ποικιλόμητις Ter. 530 N. (519 D.), Orph. apud Clem. Al. probl. 7, 74; deinde \*πολυπληθία Tyr. 601 N. (583 D.), Polyb. 1, 48, 6. Strab. 17; p. 757. Dem. apud Pollucem 4, 163; \*πουλύπους Iphig. 286 N. (289 D.), quod substantive dicitur apud Homerum ε 432. h. Ap. 77, adiective ut hoc loco ita in Theognidis versu 215; denique τεκτόναρχος Daed. 169 N. (70 D.). Iam vero hunc numerum etsi parem fere esse concessi, tamen prope extenuari videbimus, ubi accuratius inspexerimus. Deme quattuor παν continentia, duo composita cum αὐτό, duo cum ἴσο, duo cum πολυ, Homericum unum quod erat fere commune Graecorum, quid restabit nisi ἡδυμελής quod satis vulgare est, μόναιλος vocabulum artis, μελαμβαθής ναύκληρος οὐρανὸν τεκτόναρχος, e quibus unum hoc quod ultimum posui proprium est harum fabularum? Neve quis Aeschyleam artem redolere obiciat vocabula αὐτόφοτος ναύκληρος μελαμβαθής παντελῶς: ne unum quidem e quattuor vocabulis non ultra Sophoclem in communem usum Graecorum abiit. Denique ne opus quidem est ut deminuat de numero si Dis placet amplissimo decem et septem vocabulorum. Quodsi in reliquiis paene quadringentis, quae sunt tragoediarum eius generis septuaginta trium, paene totidem extant binorum nominum compages, quot in ducentis sexaginta fragmentis primarii quem Bergkius colligit gregis: quid mirum? At hunc ad gregem pertinere maiorem etiam numerum quam ad seriem fabularum dimidio maiorem, id dignum est quod observetur certe: nam exaggerare praeter modum ne mihi quidem in animo est.

Sufficiat, ut in re dubia et perobscura, uno exemplo illustrato quod facilius erat at persequendum, ab una quidem parte id quod Bergkius adumbraverat ad speciem quandam veri me expressisse. — Unum insuper addo quod accuratius docebitur appendice \*), etiam comparatis eis fabulis quae extant, nomina eius generis composita in his ducentis sexaginta fragmentis quae vix totidem versus aequant, tanto frequentiora videri, ut id arte quadam et consilio factum esse facile noscatur.

Concedo igitur Viro Illustrissimo, inesse in his potissimum quae a choro nomen traxerunt fabulis Aeschyleam quandam gravitatem, cuius pro exemplo dedimus composita artificiose et grande sonantia nomina. — De Triptolemo autem

\*) Videatur Appendix in fine libelli.

et aliis quibusdam fabulis anceps est iudicium: atque illam quidem fabulam, si testimonia extrinsecus allata refutantur\*), vereor ut quisquam sua ac propria indole primarium locum tueri queat ostendere. Iam officio quod erat impositum videri potero esse defunctus. Nam quod supra significavi, et ipsis his in fabulis non nulla reperiri quae Sophoclis quam maxime peculiaria sint, ut non origine tantum, verum etiam natura sua ad eius usum artis pertineant, id nemo fere in dubium vocabit. Pauca igitur addam, non quo probem quod argumentis probare vix opus est, sed accuratius ut explicem quid sit illud Sophoclis in componendis vocabulis potissimum proprium ac peculiare. Dixeram autem plura ut in parvo omnino numero inveniri composita et cum a privativo et cum praepositionibus et cum numeralibus. Iam singuli ordines inducendi sunt\*\*).

\*) Dubitat de aetate Triptolemi post Welckerum Trag. p. 310 etiam Bernhardyus I. c. t. II. 2. 290.

\*\*) Nonnulla inveniri quae, etsi cum Aeschyleis contendere nequeant, tamen aut ipsa in radice aut in formatione priscae aliquid et obsoletum prae se ferant, in annotatione commemorasse satis habeo. Huc pertinere censeo velut *σφρηκός* Aeth. fg. 26, quem nominativum a genitivo nominis monosyllabi formatum collatis eiusdem generis exemplis illustrat Lobeckius Paral. p. 136. Alia quae specie magis quam natura similia sunt, quod maximam partem verborum stirpibus annexum habent *ος*, e vetustissimis temporibus atque ex ipso Aeschyleo congegit Todtius p. 12. — Proxime accedit quod singulari modo accentuatum est Lacc. fg. 339 *δαροτής* *derumna*; Herodiano certe dignum videbatur quod adderet *περὶ μόνης λέξεως* p. 40, 11 notioribus illis exemplis, quamquam ne de his quidem omnino constat, v. Butt. gr. mai. II. p. 417 ss. — Deinde priscae sane videtur vocabulum esse Camice. fg. 303 *χωχέω*, quod Buttmanus Lexil. I. p. 145. not. explicuit quomodo ad nomen quod est *ὀχωχή* redeat (*ὀχωχέω* et ipso hoc loco restituendum commendat A. Nauck. Ann. Jahn. 1862. p. 186). Quodsi radix subest *EX* —, iam et ipsius verbi quod est *χωχέω* primaria significatio est *tenere*, unde hoc loco intellegitur *comprehendere* (*πιστοί με χωχέουσιν ἐν φορᾷ δέμας*), et compositum quod est *ἀναχωχέω* (Dindorf. ed. Ox. III. *ἀνοχωχέω*), quod quidem legitur apud eundem Sophoclem El. 732 et quinques apud Herodotum, in hunc usum abiit ut significet *inhibere* (sc. navem) vel *retinere* (sc. equos). — Denique aliquo modo huc referri potest *ἀφενιάομαι* Antenoridd. 135, cuius quidem simplex forma bis in Odyssea legitur, etsi de origine multum etiam nunc inter viros doctos disceptatur. Sophocleo autem verbo propius quam Homericum illud *ἐνιάομαι* accedit ipsum nomen, quod et ipse posuit Atham. fg. 3 *ἐνία*. Hesychius certe et hoc explicat *οὐκία* 1. p. 1567 et verbum illud *ἀφενιάομαι* *ἀφενίλησα* 1. p. 640. Neque vero quod idem grammaticus docet *ἀπὸ τοῦ ἐπεσθαι* derivatum esse nomen substantivum, equidem ut in re incerta omnino rececerim. — Similis autem est ratio verbi quod ex eadem fabula traditur fg. 136 *ἐμβαβάσαι* idque etiam obscurius est, ac vereor ut omnino intellegi possit. Hesychius quidem explicat 1. p. 1127: *ἐκσάλευσαι*.

Nominum autem quae α quod dicitur negativum habent primum repetenda est memoria eorum quae supra allata sunt. Collocavi enim in tabula quae supra p. 13 s. exhibita est Sophoclea haec ἀνηκές, \*ἄσειπτον (quod Aeschyleo more ab adiectivo verbali formatum esse dixi) utrumque e Captivarum fragmentis; e Troilo ἀσόλοικος\*, unum Aeschyleum + ἀμεμφία Inach. —: deinde e ceteris fabulis choricis accessit Aeschyleum alterum + ἀγρήματος et Pindaricum quod est + \*ἄμοχθος. Verum multo plura in his fabularum reliquiis extant, quae ad Sophoclem aut principem aut solum auctorem redeant. Ex his duorum in membris subsequentibus nomina continentur Lac. fg. 337 ἀβόρβορος quod etsi ἀπάξ εἰρημένον videtur esse, tamen receptum ex emendatione Blomfieldii, qui ad Servium in Aen. 2, 166 respexit, quamvis Ellendtio dissentiente (et ipse probo\*). — Tympan. 577 ἄδημος (Hesychius: ἄδημον: οὐκ ἐνδημιον ὄντα; quod qui postea expresserit neminem lego, cum alterum quod simili sensu est ἀπόδημος plurimis sit receptum; vereor tamen ut vocabulum sic facile commissum omnino evanuerit. — — Verbalia quae per metaschematismum vocalis a stirpe verbi derivantur sunt tria: Mys. fg. 377. \*ἄβολος ἵππων, cf. Plat. Legg. p. 834 C. — ib. 381 \*ἀστραφής (Hesychius: σκληρός) Aristid. I. p. 310. — Ach. am. 161. \*ἀρρώξ\*\* quod revocavit poeta Ant. 251. — — Denique adiectiva verbalia quae proprie vocantur comparent sex: Synd. fg. 146 ἀνάρατος Λάδα, quod Nauckius ex AM codicibus restituit, cum vulgo ἀνάρετος legeretur, Brunckius etiam emendavisset ἀνάριστος. — Lemn. 354 \*ἀξύμβλητος 'quocum nemo congrredi possit, unnahbar', explicatur enim addito ad speciem abundantiae synonymo quod est ἀπέλαστος; ac profecto mira est varietas nominis, qua ne decipiantur qui legant vel audiant, scite poeta et alio in loco apposito simili vocabulo cavet; ipse enim Sophocles hoc vocabulo plane aliter usus est Trach. 691 φάτιν ἄφραστον ἀξύμβλητον ἀνθρώπων μαθεῖν, ubi Deianiram significantem inducit, eam rem quam narratura sit tam diaram esse, ut neque eloqui ipsa audeat neque mente quisquam comprehendere pos-

Quod sive ad garrulum refert qui voces inclaras ac tremulas vel praecipitatas iactare soleat, sive ad bacchantem (nam et hic βάβαξ vocatur) qui incerto gradu et praeter modum incitato saltet vel potius vacillet, utrumque aliquo modo ferri potest, neutrum perspicuitate commendatur. Utrum igitur tolerabilis videatur, quoniam certi quid e fragmento unius verbi effici nequit, iudicio peritorum relinquam.

\*) στένην δ' ἔδυμεν ψαλίδα κοῦκ ἀβόρβορον (libri ἀβάρβαρον).

\*\*) Nauckius: ὁ δ' ἐνθ' ὄπλοις ἀρρώξιν Ἠφαίστου τέχνη: at mihi speciosa Lobeckii probatur emendatio ἐνδύνθ' ὄπλοις cett. — Achilles enim dici facile colligitur.

sit; ἀξύμβλητον igitur est fere *unbegreiflich, unfassbar*, quo in genere Aeschylus litoteta admisit οὐκ ἐξύμβλητος Prom. 774 (ἐξύμβολος Cho. 168); eodem autem quo Sophocles modo usurpavit Aelianus n. a. 6, 60; denique vero Plutarchus mor. p. 1125 C. existimantes facit τὸν τῆς ἀταραξίας στέφανον ἀσύμβλητον ταῖς μεγάλας ἡγεμονίας i. e. *coronam eam quae comparari non possit.* — ib. fg. 356 ἀσάλπιγκτος ὄρα quod aliunde traditum non inveni. — Mys. fg. 505 \*ἀψάλακτος (Hesychius: ἀκίνητος, ἀψηλάφητος, ἀκράτητος), quod sensu obsceno dicitur Ar. Lys. 275. — Denique duo adverbia eiusmodi ex adiectivis prodierunt: Seyr. fg. 510, 4 \*ἀνηγύτως, cuius adiectivum legitur El. 168. Eur. Hel. 1285. Plat. Gorg. p. 507 E. Phaedr. p. 84 A. all. — Tym. fg. 578 \*ἀνετῶς (Hesychius: ἀνεταμένως) Philostr. p. 41. Heliod. 3, 2 ac tropice dictum saepius apud Plutarchum Lucianum alios. — Iam haec exscripsi, non quo ostendam Sophocli omnino prae ceteris haec vocabula cum α privativo composita fuisse assueta: — nam quod ex Aeschylō vocabula eius generis quaeque ab his derivantur secundum Wellaueri lexicon traduntur fere ducenta octoginta (nisi unum vel alterum me fugit), contra apud Sophoclem numerantur trecenta quadraginta, non ita multum interest, ubi quantum mensurae fabularum differant reputaveris: — verum inter ea quae ipse effinxit Sophocles haud exiguum esse gregem eorum quae ad hoc genus pertineant, hic significare volui, mox alio loco sum persecuturus.

Reperitur praeterea sat conspicuus numerus qui in priore quoque membro praepositionem continet. Quid enim? cum in iis quae e fragmentis fabularum choricarum ad Aeschylum pertinent quinque praepositionem contineant παράλιος (quod Aeschyleum nominari vix potest) πάροιός, συμμυγής, προσήγορος, ἐφρυνείω — nam ἀντίπαις ἀπευθύνω sunt in Orestia —: e Sophoclis fabrica prodierunt haec: ἐμπλευρόω [ἀμφίλιος, ἀπόμαγμα] Capt., [ἀμφίπρωμος Androm.], ἐπέισδος, ἀντίπλαστος, ἐπικτυπέω, [ἐπίκρουμα] Inach., ὑπόμνυμι, ὑπαίθω, ἀνδρποργέω Colch., προγυμνάζω, παράλιος Past., κατάρβυλος, ἀπέσκησ Troil., de quibus supra iam diximus. Accedunt verba paratheta haec: Ach. am. 154 \*ἀπεικάζω cf. Trach. 141, ter apud Euripidem ac saepius etiam apud scriptores; Mys. 379 \*ἀποσύρω Thuc. 7, 43, Theocr. 22, 105 all.; Tym. 579 \*ἀντιστρέφω quod transitive alibi nusquam videtur extare, ne intransitive quidem ante Xenophontem dictum est; Phaeac. 610 \*ἀποσημαίνω Thuc. 4, 27. Xen. Hell. 2, 3, 15. 4, 10 ac saepissime apud scriptores; porro Antenorid. fg. 136 ἐκβαβάξαι ibique 135 ἀφεψιάομαι, de quibus supra p. 24 ann. exposui; Synd.

149 ἐκκωπέω (Hesych.: ἐκκωπῆται secundum emendationem G. Is. Vossii explicat ἐξήγηται), cuius verbum simplex legitur in actis quae ad res navales Atheniensium congressit (Boeckhiius II, 73. — Accedunt adiectiva verbalia duo: Synd. 140. διηλιφής, Seyr. 511. ἀπροσιβής (Hesychius: ἀποπεροιτηρός); unum cuius in membro subsequenti nomen est: Scyth. fg. 503 \*ἐπάκτιος Ai. 408. Trach. 1141. Eur. Andr. 853. fg. Stheneb. 4; 2 D. (627 Nauck.) all.

Denique commemoravi de iis quae cum numeralibus composita sunt. Horum similis est causa quam illorum vocabulorum, quae supra enumeravi negativo sensu praedita: afferuntur enim, non quod Sophocles eius generis plurima omnino praeter ceteris admiserit, verum quod inter ipsa ea vocabula quae a Sophocle efficta sunt sat magnum numerum efficiunt. Atque ita comparatum est hoc nominum genus, ut facile secerni ab aliis possit. Itaque etsi supra omisimus quod infinitum erat, vocabula negativa aut verba paratheta quaeque his subiunxi nomina ceteris cum vocabulis Sophocleis comparare quae ad alterum utrum genus pertinerent, tamen quoniam angustiore in campum delati sumus, numquid comparatione instituta proficere possimus experiri licet. Collocavi autem in tabula, quam p. 13 s. exhibui, composita cum numeralibus duo et utrumque quidem a Sophocle profectum τριόλυμπιος Past. et \*δίγονος Androm. Item ceteris e fabulis choricis accedunt duo: τριόμορφος Ichneut. fg. 293 N. (cf. Lobeck. ad Phryn. p. 178 not.) \*τετράπετρος quod saepius apud Aristotelem legitur. Reliqua enim eius generis quae his in fragmentis leguntur non Sophoclea sunt, sed antiquioribus e poematis repetita, veluti δίπυγος Ach. am. fg. 157 N. ex Odyssea, τρίοδος Rhizot. fg. 940 N. ex Aeschilo vel Pindaro; quamquam his quoque ipsum usum vulgarem viam praecisse facile nobis persuademus, itemque τρίγωνος quod est in Mys. fg. 375 N. (cf. fg. 218 Thamy.) etsi ex ulteriore tempore litteris perscriptum iam non legitur, tamen ex usu artis conceptum esse coniectura assequi licet probabili. Illa igitur quae supra eumeravi quattuor sane exigua videntur et quae nullius momenti sint non comparatis aliis quae in eundem modum Sophocles composuit. His autem collatis effectum erit, multo plura Sophoclem quam ab aliis acceperit ipsum commisisse. Recepit enim haec septem: \*πρωτόγονος Phil. 180. quod in Iliade primum legitur; \*τετράορος ταῦρος quem Sophocles dicit Trach. 506 taurum quadrupedem, alii Homericum secuti exemplum v 81 epitheton dederunt nominibus qualia sunt ἄρμα ἵπποι, quo significarent quadrigas; \*τετρασκελής fg. 856 N. ex Aesch. Prom. 395, inde ter apud Euripidem; El. 681 τὸ πεντάεθρον \* e Pindaro (Nem. 7, 12), quem et ipsum usui ludorum id nomen

debere omnino veri simile est; *ἐπτάβοιος* Ai. 573, cuius exempla ex Πιαδε enumerare non attinet; \**ἐπτάπυλος* Ant. 101, quod e carminibus Homericis A 406 λ 263 et Pindarus et Aeschylus et alii repetierunt; \**δεκέτης*, quod cum in Philocteta demum legatur v. 706, antiquius habet exemplum Herodoti *δεκαέτης* 1, 114, unde et plenior formam Thucydides mutuatus est 5, 25. 26 et brevior ut quae metro magis conveniret Euripides Andr. 306. El. 1153, quem Plato aliique secuti sunt. — At multo plura Sophocles ipse effinxit. Dubitari potest de nomine quod est *μόναλος* Thamyr. fg. 221 N., quamquam ipse reiectum e Sophocleis ad usum artis revocare non dubito. Neque magis Sophocleum videtur \**τρίμηρος* Trach. 163, quod ut saepe apud scriptores legitur, ita usui vitae communi deberi puto. Sed restant sat multa, in quibus poeticae laus inventionis conspicitur. Eiusmodi sunt viginti unum: *δικρατής* Ai. 246 ch. Ant. 146 an.; *δίλοφος πέτρα* Ant. 1133 ch.; \**δίπαλτος* Ai. 402 m. (Eur. IT. 316. Tro. 1104); \**δίπυλος* Phil. 940, quamquam innotuit τὸ *δίπυλον* nomen portae Thrasiae quod commemorant Plut. Per. 30 et alii; *δισσάρχης* Ai. 832 m., *διστολος* OC. 1058 ch., \**διστομος* Phil. 16. OC. 904 (Polyb. 54, 10, 5. Strab. 17, p. 809), \**διφυής* Trach. 1085, unde saepius apud scriptores; \**τρίδονλος* OR. 1063 *ter servus*, Ar. fg. 484 D. Theopomp. apud Athenae. XIII, p. 595 b., \**τρίζυγος ternus* Sisyph. fg. 500 N., traditum ab Hesychio 1 p. 1582, quem locum qui aliter distinguunt, Sophocli vindicare malunt *τριάρθρος*, quod parum certum videtur (cf. Ellendt. s. v.); legitur autem *τρίζυγος* etiam Eur. Hel. 362. Anth. 6, 89, 2. 181, 1. Anth. Plan. 220, 1; \**τρίκρανος* Trach. 1088 (Eur. Here. f. 611. 1277. C. I. n. 4121, 5); \**τριπόλιστος* Ant. 851 m.; \**τριδάθλιος* OC. 373, \**τριδόλβιος* fg. 753 N., quod utrumque apud comicos deinde et aevi ceterioris scriptores occurrit; *τρίσπονδος* Ant. 427, *τετράριστος* fg. 870 N., *πεντέγραμμος* Naupl. fg. 393 N., quod *πεντάγραμμος* scribit Lucianus pro laps. 5; *ἐξήγηστί* fg. inc. 938 N.; *ἐπτάλογχος* OC. 1307, \**ἐπτάστομος* fg. inc. 701 N. (ter apud Euripidem); *εκατόμπος* OC. 722 ch., de quo loco cf. Bernhardt. Synt. p. 57. — Composita cum numeralibus omnia sunt septem ac triginta, e quibus inventa a Sophocle ad minimum viginti quinque, Aeschylus autem etsi multus est in eiusmodi vocabulis: — inveniuntur tredecim quae *μόνος* continent, quinque quae *πρωτος*, decem *δι* continentia, cetera numerare piget: — tamen secundum Todtii recensionem p. 19 s. duodeviginti tantum ipse procedit. Id vero numeri discrimen ut compensetur, si quis haec ponderare velit, diversa utriusque poetae tragoediarum mensura: at unum

manebit, inter ea vocabula quae Sophocles effinxit multo maiorem partem eiusmodi compositis esse datam, quam quae in Aeschyli fabrica verborum eidem generi conceditur.

Quorsum vero haec omnia disputantur? Nimirum intellexisse mihi videor, quod etsi certis undique finibus circumscribere non iam queo, tamen significabo discrimen quoddam quod Sophocli in componendis vocabulis cum Aeschylo intercedat. Aeschylus enim qui vocabula maximam partem e duobus nominibus compegit, diversas res quae sub sensus cadunt, quatenus aut coniungantur aut altera ad alteram referantur, comprehendit. Atque ob id ipsum, quod qui talia legunt vel audiunt, uno obtutu rerum quasi compagem complecti et sibi propositam tenere coguntur, Aeschylea vocabula grave illud pondus habent, quo aures vel animos audientium obstructos quasi obruunt: possis hanc a parte potiore rationem physicam vel sensualem appellare. Sophocles contra ubi hac consuetudine quam receperat mitigata suam naturam liberius exercere coepit, rarius in dies commisit haec sesquipedalia verba: immo contentus singula genera quae sunt in rerum natura singulis nominibus complecti, compositionis arte aliter et varie quidem usus est. Is igitur, ut dicam quomodo potero, vel eiusdem generis complures res earumque vicissitudines computavit, quo pertinent quae cum numeralibus composita sunt —: vel indulgens sibi lusum quendam ingenii qui in omni genere dicendi aliquid lepidi habet, quod scholae cancellis figuras tradentis non circumscribitur, rei naturam, remoto per negationem genere contrario, ostendit minus quam inveniendam proponit (quamquam assueti huic rationi difficultatem facile superamus, saepe ne sentimus quidem); id autem genus est eorum quae praefixo *α* formata sunt —: vel praepositionibus usus, rem quae nomine significatur vel actionem verbi vel eam quae hac afficitur rem huc illuc relatam eiectam advocatam, alteri praelatam postpositam coniunctam nobis nos informare iubet. Hoc vero genus compositorum, quod ut perspiciamus non sensu tantum videndi sufficit uti, qui est in oculis vel, si mavis viris gratiosis probari, in interiore quadam neryorum vi, sed varias opus est exercere cogitationes animi, logicum rursus vel rationale vocare licebit. Totum vero hoc intervallum cave abruptum utrimque constituas, siquidem et ipse confinia satis ostendi. — Ceterum hanc rem et quodammodo dudum cognitam fuisse et mea opera parum accurate esse definitam probe scio. Verum ut facile est tale quid sentire, ita difficile atque operosum ad certas rationes revocare. Id ubi hoc libello non omnino infeliciter tentasse viris horum studiorum peritis videbor, ut aut ipsi mihi, quando

otium concessum erit, aut alii cuiquam animus accedat, quo studiosius vestigiis significatis instare conemur; nec mei operae poenitebit, neque errorum pigebit aut reprehensionis.

### Appendix.

Exposui supra p. 21 ss. de nominibus quae e binis nominibus composita sunt, quod genus in fragmentis quae ad primum gradum artis Sophocleae a Bergkio revocantur prae ceteris usitatum esse dixi. Id etsi aliquatenus probavi collatis quae eiusdem generis ceteris in fragmentis reperiuntur vocabulis, tamen quo tutiores ac paratiores ad iudicandum accedamus, et ipse professus sum has quoque quae integrae extant tragoedias contendendas esse: eaque re haud scio an plus etiam quam primo obtutu videatur ad describendas fabularum Sophoclis aetates proficere possimus. Verum id peracta quaestione exponere praestabit: mihi certe pro causa fuit cur hanc partem seorsum tractare mallet. — Iam ipsum horum vocabulorum usum ut latius persequi possit si quis velit, reliqua eius generis quae in septem tragoediis inveniuntur quodammodo disposita et quantum opus erat illustrata exhibeo\*). Extant autem nomina quae binominaliter composita dicere licebit

#### in Aiace

Homérica quinque: v. 223 ἀργίπους Ω 211, (h. Ven. 212. v. 1.), cf. ad Phryn. p. 665 extr.; v. 455 \*ναύλοχος, v. ἔδραι (cf. Trach. 633) δ 846 x 10. Eur. Hec. 1015. Philo t. I. p. 517, 21. Dio C. 48, 50; v. 911 + \*πάνυχος (cf. Ant., ubi etiam πανύχιος) K 150 § 458. Aesch. Pers. 382. Eur. Alc. 453 cett.; v. 844 \*πανύστατον adverbialiter, ut Eur. Alc. 162, de quo vocabulo v. infra ubi de Trachiniis exponetur; v. 696 \*ὠκύαλος O 705 μ 182 o 473. Mosch. 2, 60. 138. Anth. app. 269, 6. Opp. hal. 2, 535.

Pindarica sunt duo: v. 92 \*πάγγρυσος (cf. El.) Ol. 7, 6. 4, 120, deinde apud Euripidem et Aristophanem; simile autem quod est παγγρούσεος in

\*) Signis iisdem quibus supra usus sum: asterisco notavi quae post Sophoclem ab aliis quoque recepta sunt: signo + notavi, quae cum Aeschilo communia sunt.

Electra extat, de quo v. infra; v. 1172 ch. \**πολύκοινος*, de quo supra exposuimus ad fragmentum Hydroph. \*).

Pindaro cum Aeschylo communia quattuor: v. 658 + \**λενκόπωλος* Pyth. 1, 127 (quod carmen post Ol. 76, 3 scriptum est), Aesch. Pers. 386 (in fabula ad Ol. 76, 4 pertinente) Eur. Phoen. 609. Herc. f. 29; v. 660 + \**παγκρατής* (v. OC. et Phil.) Pind. Nem. 4, 101 (aliquo ante Ol. 80 tempore), quinquies apud Aeschylum (Suppl. 816. Prom. 389. Sept. 255. Ag. 1648. Eum. 918.) Eur. Rhés. 231. Ar. Thesm. 517. Bacchyl. fg. 21 Bgk.; v. 624 ch. + \**πολύπονος* (v. ad Phil.); denique v. 738 \**φιλοφρόνως*, cuius adiectivum quidem nomen extat Pind. Pyth. 1, 184. 8, 1 (in carmine Aristomeni victori Ol. 80, 3 cantato), Aesch. Pers. 97, quae sane multo prius docta est fabula: unde ipsum vocabulum propius ad sequentia pertinet. Est autem utraque forma et adiectivi et adverbii usitatissima poetis et scriptoribus, imprimis Plutarcho.

Sequuntur Aeschylea ad minimum sex: augetur enim numerus, si ex iis quae modo posuimus unum vel alterum huc traheremus. Sine dubio autem tragico antiquiori debentur haec: v. 57 + \**αὐτόχειρ* Aesch. Suppl. 58, quod Sophocli prae ceteris assuetum erat vocabulum (v. Ant. Trach. Ai. El. et cf. Brunckius et Hermannus ad Ant. 1160), unde saepius usurpatur ab Euripide et scriptoribus; v. 445 + \**γοργώπις* quod est nomen proprium Ag. 293 (*γοργώπος* autem legitur Prom. 356), ceterum v. supra in fragmentis \*\*); v. 192 ch. + \**μακρᾶίων* Aesch. fg. 340, 2 N. (266 D.), quod et ipsum Sophocli usitatissimum erat (cf. Ant. OR. OC.), deinde legitur Plat. epin. p. 982 A. Ap. Rh. 2, 509; v. 826 + \**πανώλεθρος* (cf. El. Phil.) passive, ut Aesch. Sept. 70. 934. Eum. 552 (active Pers. 562. Suppl. 414) Eur. Andr. 1225. El. 86 al.; v. 17 + \**γαλκίοστομος* proprie, ut translate Pers. 410, Aristid. t. I. p. 510, Theod. Prodr. 3, 106. 455. 5, 233. Heliod. p. 911; v. 912 + \**ὠμόφρων* (cf. Trach. Phil.) Aesch. Cho. 415 et translate Sept. 712, deinde saepius apud Euripidem et alios poetas.

Sophoclis propria sunt novem: v. 915 ch. *ἀριστόχειρ*, v. 312 *βαρύψυχος* (v. Lobeckius ad h. l., qui est eius v. 319), v. 1230 *εὐρύνωτος*, v. 138 an. *κακόθρους*, v. 859 *κοινόπλους* possessive (v. Lobeck. ad v. 872), v. 807 *νεηκονής*, v. 55 *πολυκέρας*, v. 615 m. *φρενομόρος*, v. 204 an. *ὠμοκρατής*.

\*) v. supra p. 16 extr.

\*\*) p. 22 in.

Denique Sophoclea haec sex vocabula alii posteriores in usum suum receperunt: v. 993 \**κακανδρία* Eur. Rhes. 814; v. 374 m. \**κακοπινής* Athenae. XIII. p. 565 e.; v. 175 ch. 831 \**πάρδημος* (v. El. Ant.) Eur. Alc. 1029. Bacch. 227, saepissime apud scriptores; v. 179 ch. *χαλκοθώραξ* Luc. Zeux. 8; v. 833 \**χρυσόνωτος* Eustath. p. 383, 43. 657, 19. Phavorin. p. 1878; v. 870 ch. \**ωμόθυμος* Anth. Sim. V. 675. ed. Iac.

Efficitur numerus duorum et triginta vocabulorum quae binominaliter composita sunt, quorum paullo plus quam dimidia pars a poetis antiquioribus recepta est, dimidia fere ab ipso Sophocle procreata. Praeter novem illa quae Sophoclis peculiaris sunt, duo tantum ex iis quae receperat post ipsius tempora aboleverunt. Communia autem cum Aeschylo omnia sunt undecim.

#### In Electra

Homericæ sunt sex: v. 188 ch. + \**πάγχαλκος* (cf. Ant.) σ 378 χ 102. Aesch. Sept. 591. Eur. Or. 494. Heracl. 277; v. 500 ch. *παγγρύσεος* B 448 h. Hom. 26, 5. Hes. th. 335 (alterum quod metro repugnante in libris traditur *πάγγρυσος* supra ex Aiace attuli); v. 479 ch. \**πουλύπους* (v. supra e fragmentis); v. 9 + \**πολύχρυσος* (cf. OR.) quater in Iliade, deinde γ 305. h. Ven. 1, 9. Pind. Pyth. 4, 94. 9, 122. Aesch. Pers. 3. 9. 45. Eur. Hipp. 69. Hec. 492; v. 482 ch. \**χαλκόπους* (cf. OC.) Θ 41 N 23. Eur. Suppl. 1197. Luc. d. mort. 20, 4; v. 689 *ώκύπους* (cf. OC.) quod ex Homero notissimum est, Hes. scut. 96. 302. 470. Eur. Hel. 247. Hipp. 1128. — His subicío quod ex Orphicis originem ducit, quamquam eorum de aetate parum constat, v. 677 ch. \**πάντιμος* Orph. h. 13, 4. 62, 3, quod idem legitur apud Lucianum et scriptores Byzantinos.

Lyricorum vocabula sunt tria: v. 471 ch. \**ἀδύπνοος* Pind. Ol. 13, 30. Isthm. 2, 37. Eur. Med. 839; v. 696 \**λεύκιππος* Ibyc. apud Athenae II. p. 58 a. Pind. Ol. 6, 45. Pyth. 4, 117. 9, 36, nonnumquam apud Euripidem et alios cf. Valck. ad Eur. Phoen. 609; v. 625 \**πάγκαρπος* (cf. OR.) Pind. Isthm. 4 (3), 70. Pyth. 9, 102, deinde in Axiocho qui fertur Platonis p. 371 C. Anthol. 4, 1, 1.

Pindaro cum Aeschylo communia videntur duo, quamquam et haec paullo certius ad Aeschylum referuntur: v. 136 ch. + \**πάγκοινος* (cf. Antig.) Pind. Ol. 6, 63 in carmine quod Agesiae Syracusano victori Ol. 78 post

victoriam missum est; Aesch. Sept. 590. Cho. 451, deinde Eur. Tro. 425. Hippocr. 291, 14; v. 495 ch. 505 ch. + \*πολύπονος, de quo v. ad Philoctetam.

Aeschylea sunt aliquanto plura: v. 1385 \*ἀρχαιοπλουτος Ag. 1013, quod deinde ab Aristotele et aliis usurpari lexica perhibent; v. 943. 1007 \*αὐτόχειρ de quo v. supra ad Aiacem; v. 87 an. \*ἰσόμοιρος Aesch. Cho. 319, ac saepissime apud scriptores et oratores Atticos; v. 997 \*πανώλεθρος (v. Ai. Phil.); v. 480 ch. \*πολύχειρ Pers. 83. Aristot. pol. 3, 11; v. 597 \*στομαργος Sept. 447. Hippocr. 1037 F. Eur. Med. 525 al. — His si addis \*αὐτοέντης v. 264 (cf. OR.) parum diversum quidem ab Aeschyleo αὐθέντης Ag. 1554. Eum. 203 (de quo cf. Lobeck. ad Phryn. p. 120), et quae supra posuimus πάγονος et πολύπονος, expletur numerus novem nominum Aeschyleorum, e quibus ne unum quidem non posterioribus quoque Graecis in usu fuit.

Sophocelis peculiaria sunt sex: v. 1384 ch. δολιόπους, v. 1093 κοινόπους (v. Wunderus ad versum qui est ipsius 1083), v. 105 an. παμπεργής, v. 881 ch. πάμψυχος, v. 54 χαλκόπλευρος, v. 850m. χηλαργός.

Sophoceli denique cum posterioribus communia septem: v. 97 an. \*κοινολεχής de Aegistho adultero dictum, quo nomine scriptores Byzantini coniuges appellasse perhibentur, v. 842 \*πάμμηρος Plut. mor. p. 936 A. Maneth. 4, 545; v. 970 \*πάνδημος (v. Ai.), v. 92 παννυχίς vigilia maerentis virginis, quod saepius apud alios dicitur *pervigilium festum* \*); v. 147 m. \*παντλήμων (cf. OR.) Eur. Hec. 198; v. 643. 800. \*πολύγλωσσος (cf. Trach.) Plut. Lyc. 7. Lycophr. 1377. Luc. Iupp. trag. 13; v. 946 \*ῥέθυμος, quod etsi scriptoribus inde a Platone usitatissimum est, nusquam tamen ante Sophoclem litteris expressum legitur. Reperitur summa duorum et triginta vocabulorum, in quibus etsi superat numerus nominum ascitorum, tamen omnia quae Sophocles ab antiquioribus repetiit ab aliis quoque recepta sunt uno excepto παγχρύσεος quod prae forma brevioris πάχρυσος obsolevit.

#### In Antigona

plurima extant nomina binominaliter composita. Omissis enim de quibus seorsum tractatum est numeralibus aequatur numerus undequadraginta vocabulorum.

\*) Hoc vocabulum etsi scriptum fortasse ante extabat apud Herodotum 4, 76: tamen certi quid de temporum ratione confici vix poterit.

Primum autem Homerica sunt vel epica vocabula non pauca: v. 348 \*ἄγραυλος Ω 81 μ 253. Eur. Bacch. 1186. Ion. 882. El. 342 al.; v. 116 an. ἰππόκομος quinquies in Iliade; v. 830 ch. + \*ἰσόθεος, quod quoties apud yatem occurrat non attinet numerare, revocatur autem Aesch. Pers. 80. 782; Eur. IA. 626. Tro. 1169, saepius apud Platonem Isocratem alios; v. 350 ch. \*λασιαύην h. Merc. 224. h. Hom. 6, 46. Ar. Ran. 822, bis apud Theocritum; v. 106 ch. + \*λεύκασπις X 294. Aesch. Sept. 30. Eur. Phoen. 1099. Xen. Hell. 3, 2, 15. Plut. Cleom. 23; v. 143 an. + \*πάγκαλος (v. s. ex Electra); v. 1267 + \*παμμήτωρ, cuius feminina forma παμμήτειρα extat h. Hom. 30, 1 (cf. de utraque forma Lob. Paral. p. 273); dicitur autem et παμμήτειρα γῆ obiective mater omnium et παμμήτωρ γῆ Aesch. Prom. 90; contra apud Sophoclem determinative dictum est de Eurydice ut quae plane matrem se ostenderit (Erfurdt. secundum Schol.): redierunt autem ad pristinum usum atque intellectum qui asciverunt posteriores Philo. tom. I. p. 32, 3. Clem. Al. paed. 2, p. 189 D. Eust. op. p. 154, 36. Nonn. par. 5, 100; v. 153 ch. \*πανύχιος, saepius in utroque carmine Homerico, Hes. sc. 46. Eur. Bacch. 862; v. 1138 ch. + \*πάννυχος (v. s. ex Aiace); v. 1091 + \*ποδώκης, cuius epitheti frequentem in Homero usum imitati sunt Hes. theog. 302. Aesch. Sept. 623. Cho. 576. fg. 268 D., alii multi post Sophoclem quos recenset Lobeckius ad Phryn. p. 537; v. 835 m. \*πολυκήμων E 613. Eur. Ion. 581. Dio C. 72, 5; v. 1120 ch. \*πολυστάφυλος B 507. h. Hom. 25, 7. Anthol. 6, 154. Hecat. apud Ath. I. p. 35 b. Nonn. dion. 14, 398. Heliod. apud Stob. flor. 100, 6, 5; \*πολυώνυμος h. Hom. Cer. 18, 32, h. Ap. 82. Hes. th. 785. Bacchyl. in Anth. 6, 13, bis apud Pindarum, Ar. Thesm. 320 al.; v. 738 + \*πάγκακος (cf. Trach.) Hes. op. 811 (παγκάκος adverbium ter apud Aeschylum Sept. 534. Pers. 274. Cho. 729) Eur. Med. 465. Herc. f. 731. Hipp. 682, saepius apud Platonem. — Efficitur sat amplius, ut in una tragoedia numerus quattuordecim vocabulorum, quorum dimidia pars ab Aeschylo omnino aliena est: poetam τὸν Ὀμηρικώτατον et ab hac parte quae est in vocabulorum electione facile agnoveris.

Lyricorum duo sunt, alterum 945 ch. \*ὀξύχολος (quod e Scaligeri et Brunekii emendatione iam receptum est) Solon fg. 13 (4), 26 Bgk. Anth. 9, 127, 4. Lucian. fugit. 19: atque alterum quoque etsi apud Aeschylum legitur Pers. 895, tamen Pindaro debetur v. 1109 ch. + \*μητρόπολις (cf. OC.), siquidem Nemea oda quinta, ubi legitur v. 16 (praeterea Pyth. 4, 34) e Boeckhii rationibus etiam ante pugnam Salaminiam ponenda videtur; recipitur autem

vocabulum a principibus historiae Herodoto Thucydide Xenophonte atque aliis multis.

Contra *παγκοινος* quod legitur Pind. Ol. 6, 63 meliorem iure ad Aeschylum referri supra docui cum de vocabulis Electrae disserui. Aeschylo igitur et hoc debetur v. 1049. 1106 ch. + \**πάγκοινος* et alia septem: v. 1. 499. 692 + *αὐτάδελφος* Sept. 700. Eum. 89, quod postea non usurpari videtur; v. 710 + \**αὐτόπρεμος* Eum. 379. Ar. Ran. 900. Antiphan. apud Ath. I. p. 23 a; deinde quod quinque in hac fabula legitur v. 172. 306. 591. 1160. 1299. + \**αὐτόχειρ* (v. s. ex Aiace atque Electra, et cf. OR. Trach. fgg. — usitatissimum enim erat Sophocli); v. 253 + \**ήμεροσκόπος* qui interdum excurbat, uti Ar. Av. 1174; Aeschylus oculum dicit qui lucem videat *ήμεροσκόπον ὀφθαλμόν* Sept. 66; v. 342 ch. 642 ch. + \**κοιφόνους* Aesch. Prom 383, App. Pun. 113. Hesp. 9; v. 974 ch. + \**μακρῶν* et ipsum Sophocli acceptissimum (v. s. ex Aiace); v. 1003. 1148 + \**παντελής* (cf. OR.), quater apud Aeschylum Sept. 111. Cho. 553. 959. Suppl. 596, deinde a Platone potissimum receptum.

Sophocli peculiaria sunt octo, in quibus quinque cum *παν-* formata: v. 968 *ἀρχαίγονος*, v. 1168 *ὀρθόκρανος*, v. 798 an. 815 m. *παγκοίτας*, v. 616 ch. *πέμπολις* (v. Boeckh. ad h. l.), v. 107 ch. *πανσαγία*, v. 602 ch. *παντογέως* active, v. 356 ch. *παντοπόρος*, v. 149 ch. *πολύαρματος*.

Sophocli cum posterioribus communia repperi septem, etsi nonnulla usui vulgari debere videntur, veluti v. 1043 \**αἰσχροκέρδεια*, oratoribus imprimis usitatissimum, v. 815 \**αὐτόνομος*, v. 710 *αὐτόφωρος*, quod utrumque usitatum est Herodoto et Thucydidi et qui eos secuti sunt fere omnibus historicis et oratoribus; v. 148 ch. \**μεγάλωνμος* Ar. Thesm. 315. Nub. 569. Vesp. 1519. Orph. 11 (v. Bernh. ad Dion. Perieg. p. 673); v. 972 ch. \**ὀρθόπους* Nic. al. 419; v. 916 \**ὀρθοσκόπος* Poll. 7, 188; v. 7, 1127\*) \**πάνδημος* (v. Ai. El.).

Vocabulorum igitur quae commemoravi undequadraginta sedecim tantum ex ipsius fabrica Sophoclis prodierunt: reliquorum maiorem partem Homero debere iam significavi; cum Aeschylo communia sunt omnia decem et sex.

\* *πανδημος* quod correxerat Hermannus ab editoribus iam reiectum est.

## In Oedipo Rege

Homericæ leguntur vocabula nonnisi duo in uno versu collocata 151 ch. \*ἠδὲ πῆγς *A* 248. Hes. th. 965. 1020, saepius apud Pindarum, Anth. 9, 384. 525, 8; et notissimum illud +\*πολύχρυσος (v. El.).

Pindarica sunt: v. 752 \*λευκανθής, metonymice dictum Pind. Nem. 9, 73, proprie legitur Nic. th. 530; v. 83 \*πάγκαρπος (v. El.); quibus accedit quod cum Aeschilo commune est v. 605 +\*τερασκόπος (v. Lob. ad Phryn. p. 673) Pind. Pyth. 4, 201 in carmine haud diu post Ol. 78, 3 composito, ab Aeschilo in Orestia demum usurpatum Ag. 979. 1461. Cho. 547. Eum. 62. Eur. Bacch. 248.

Aeschylea maximam partem iam supra allata sunt: v. 1071 +\*αὐτοέντης (v. El.); v. 231. 266. 1331 m. +\*αὐτόχειρ (v. Ai. El. Ant.); v. 1099 ch. +\*μακραίων (v. Ai. Ant.); v. 930 +\*παντελής (v. Ant.) et quod ei proximum est +\*παντελῶς v. 669 (cf. fgm.) Aesch. Prom. 438. 913. Hdt. 4, 95. 7, 37 ac saepius apud Xenophontem Platonem alios; accedunt duo v. 1090 ch. +\*(ῆ) πανσέληνος Aesch. Sept. 395. Ar. Ach. 84, saepe apud scriptores; v. 965 +\*Πυθόμαντις Cho. 1030.

Sat multa ab ipso Sophocle procreata sunt, peculiaria haec: v. 214 ἀγλαΰψ, v. 84 δεινόπους; v. 816 ἐχθροδαίμων, v. 510 ch. ἠδύπολις, v. 464 ch. θεσπιεπής (v. Ellendt. s. v.), v. 556 σεμνόμαντις ironice dictum, quod ad similitudinem nominum Aeschyleorum, de quibus supra dictum est, proxime sane accedit.

Communia cum posterioribus sunt tria: v. 1379 \*παντλήμων (v. El.); v. 381 \*πολύζηλος (cf. Trach. et v. Herm. et Wund. ad h. l.) Christod. ceph. 68; 209 ch. \*χρυσομίτρης Athen. p. 130b.

## In Oedipo Coloneo

Homericæ sunt quattuor: \*γλανκῶπις v. 711 ch., quod Palladis epitheton e creberrimo utriusque carminis Homericæ usu innotuit; sed aliis quoque rebus ab Empedocle atque etiam ab Euphorione Chalcidensi attribui traditur (Euphor. fg. ed. Mein. p. 173); v. 57 \*χαλκόπους (v. s. ex El. et cf. Reisig. enarr. p. XXXVIII); v. 699 ch. \*χρυσήνιος *Z* 205 η 285. Pind. fg. 12 B. (13 Bgk. II). Procl. hymn. v. Lob. ad Ai. v. 346 p. 572; v. 1095 ch. \*ὠκύπους (v. El.). — His facile subiungitur v. 211 ch. 680 ch. \*οἰνώψ, etsi Homericum est οἶνοψ (n. pr. Aesch. Sept. 486); illud autem extat etiam Eur. Med. 1363.

Lyricis duo poetis debentur: v. 483 \*μελάμφυλλος Pind. Pyth. 1, 27. Anacr. fg. 82 Bgk. Ar. Thesm. 997. Theocr. epigr. 1, 3. Dion. Perieg. 573. Nic. fg. 12; v. 711 ch. + \*μητροπόλις (v. Ant.) — De vocabulo v. 205 ch. + \*πολύπονος v. ad Phil.

